




34420

ue
Sal
acte
itate

34420



OFFICIVM
PECVLIARE
ECCLESIAE TOLOSANÆ
S. SATVRNINI
MARTYRIS, EIVSDEM CIVI-
tatis Protopræfulis & Patroni.

BIBLIOTHEQUE
UNIVERSITAIRE
DE TOULOUSE



TOLOSÆ,
Apud IOANNEM PECH, Comitiorum Fuxensium Ty-
pographum, juxta Collegium PP. Societatis I E S V. 1673.

N
G
A
L
U
V
O
G
C
O
I
O
T
E
R
U
N
D
E
R
U
N
D
E
R





OFFICIVM PECVLIARE ET PROPRIVM ECCLESIAE TOLOSANÆ S. SATURNINI.

DIE XXVIII. NO-
VEMBERIS.

In Vigilia S. Saturnini
Episcopi & Martyris.

*Si hæc vigilia venerit in
Aduentu, nihil fit de ea nisi
in Missa. Si vero non
venerit in Aduentu, fit
Officiū de feria, cum Homilia &
Oratione de vigilia.*

*Si Festū S. Saturnini ve-
nerit in Dominica, de Vi-
gilia fit in Sabbato, de vi-
gilia vero S. Andreæ ni-
hil fit nisi in Missa. Tres
Lectio[n]es de Homilia
in Euangelium. Si quis
vult post me venire. vt
in communi unius Mar-
tyris.*

*Responsoria de feria cur-
renti.*

*Et dicuntur Preces feria-
les flexis genibus.*

Oratio.

Ad festo domine sup-
plicationibus no-
stris: & intercessione
beati Saturnini Marty-
ris tui atque Pontificis,
cuius preuenimus festi-
uitatem; perpetuā no-
bis misericordiam be-
nignus impende. Per.

DIE XXIX. NOVEM.

In festo S. Saturnini
Protopræfulis Tolosa-
ni & Martyris, Ciuitatis
& Ecclesiæ Patroni.

Duplex.

Ad Vesperas, Antiph. Saturninus Mart. *cum reliquis de Laudibus. Psal* Dixit Dominus. *cum reliquis de Dominica, & loco vltimi, Psal.* Laudate Dñm ônes gëtes. *Capit.*

Beatus vir, qui suffert temptationem: quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronā vitæ, quam repromisit Deus diligentibus sc.

Hymnus.

Nunc Saturninum pia turba cantet,
Qui Tolosatum tenuit
cathedram,
De gradu summo Capitolorum
Præcipitatum.

Quem negatorem Iouis & Mineruæ,
Et Crucis Christi bona
confitentem,
Vinxit ad Tauri latus
iniugati
Plebs furibunda.
Ut per abruptum boue
concitato,

Spargeret cursus lace-
rum cadaver,
Cautibus tinctis calida
soluti
Pulte cerebri.
Te Deus clemens de-
cus & corona
Martyrum, votis humi-
les precamur,
Huius vt nobis prece
largiaris
Præmia vitæ. Amen.

¶. Gloria & honore co-
ronasti eum Domine.
¶. Et constituisti eum
super opera manuum
tuarum.

Ad Magnificat. Antiph. Post corporeum Sal-
uatoris aduentum, quo
ipse exortus est Sol iu-
stitię Christus Deus no-
ster, primum & summū
Tolosana plebs Sanctū
Saturninū habere cœ-
pit Antistitem, allelu-
ia, qui de sacerdotij
dignitate, & de honore
martyrij geminā pro-
meruit accipere coro-

nam, Alleluia.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui hunc diem nobis Beati Saturnini Martyris tui atque Pontificis, passione consecrasti: concede propiti^o, ut cuius martyrij gloriam celebamus in terris, eius confortes fieri mereamur in cœlis. Per Dominū.

Ad Matutinum.

Inuitatorium.

Venite omnes ad adorandum Regem Christū Dominū: * Qui Tolosanæ plebi primum dedit Præfulem Saturninum martyrem. *Psal.* Venite exultemus.

Hymnus.

LVx mundi Dominus nubila sœculi Illustrare volens lumen splendido Bis senos Proceres constituit sibi, Mudi qui radij forent.

Ex quorum micuit stēmate nobili

Saturninus ad hoc dignus opus pium, Quod semen fidei spargeret accolis Tolosæ residentibus.

Quæ fœcunda manens cæspite fertili, Nullius sterilis frugis amabilis Squallebat populis perfidia feris,

Nec dum fonte nitentibus.

Quos per signa Deo plurima destinat, A mutis retrahēs sculptilibus facer, Quo lætam segetem portet ad aream Christi semine cœtuplo.

Virtus ingenito sit iugiter Patri,

Nato cum proprio Spiritui quoque,

Qui simplex Deitas veraque Trinitas, Regnat sœcla per omnia. Amen.

In primo Nocturno. tiplicati sunt.
Antiph. Post Saluatoris y Gloria & honore con-
 nostri Domini ad cœ- ronasti eum Domine.
 Ios ascēsum, in primor- &c. Et constituisti eum
 dio prædicationis Apo- super opera manuum
 stolice, Saturninus San- tuarum. Pater noster.
 ctæ fidei certissimè cre- *Absolutio.* Exaudi Do-
 dulus, Apostoli Petri mine. y. Iube domne.
 perfectus extitit disci- *Benedictio.* Benedictio-
 pulus. *Psal.* Beatus vir. ne perpetua.

Cum reliquis de communi-
vnius Martyris. Antiph.
 Apostolica iussione Sa-
 turnin⁹ vir clarissimus,
 cum autoritate Pōti-
 ficali verbi diuini semi-
 na sumens, ad prædicā-
 dam veritatē Occiani-
 cas elegit partes.

Psal. Quare fremuerūt gentes. *Antiphona.*

Quo amplius vigebat,
 acriusque frendebat
 gēntilitatis ferocitas, il-
 luc intrepidus & virtu-
 te diuina armatus ac-
 cessit, ad Tolosam vs-
 que Christo ducente
 peruenit Saturninus.

Psal. Domine quid mul-

Tres Lectiones de Actibus
Apostolorum. A Mileto
Paulus. Ut in communi
vnius Mart. Pont.

&c. i. Post Domini nostri
 Saluatoris ad cœlos af-
 censum, Saturninus stē-
 mate Præsulatus à Pe-
 tro Apostolo decora-
 tus, verbi diuini semina
 sumens; *Tolosanæ vr-
 bi pecuniam Domini
 sui cœpit erogare egē-
 tibus.

y. Perfuderat eius in-
 tima torrentis eloquij
 copiosa facundia, om-
 niumque sanctarū vir-
 tutum gloria constā-
 tia; Tolosanæ vrbi pe-

pecuniam.

R. 2. Vir Apostolicus
Saturninus, sumis pol-
lens virtutibus, crucem
suam gerens interius,
quo acrius frendebat
gentilitatis ferocitas,
calle pedestrico Chri-
sto duce Tolosam est
aggressus intrepidus : *
Euangelij gratiam pre-
dicans omnibus.

V. O quam præfulgida
fuit dies illa, qua Tolo-
sam ingressus est, æqui-
dicus Apostolorum co-
héres : * Euāgelij gratiā.
Benedictio. Spiritus san-
cti gratia.

R. 3. O quam gloria
est ciuitas Tolosa, quæ
tunc temporis orbata
sistebat sacrę fidei com-
mercijs: hanc miles for-
tissimus sancta prædi-
catione illuminās. * Ibi-
dem Protopræsul ra-
diauit almificus,
V. Erat enim veri lumi-
nis lucerna & radius,

exortumque lumen in
tenebris horrentibus.
Ibidem Protopræsul.
Gloria Patri. Ibidem
Protopræsul radiauit.

In secundo nocturno.

Antiphona. Perfuderat
namque Saturnini pe-
ctoris arcana torrentis
eloquij copiosa facun-
dia, omniumque san-
ctarum virtutū erudi-
tio Sophistica atque
gloriosa constantia.

Psal. Cum inuocarem.
Antiph. Erat enim Sa-
turninus veri luminis
lucerna & radius, exor-
tumque lumen in tene-
bris horrentibus, Tolo-
sanis ciuibus Euange-
lij gratiam prædicans
omnibus.

Psal. Verba mea.

Antiphona. Igitur bea-
tissim⁹ Saturninus Pon-
tifex signo sanctæ Cru-
cis opposito, diuini-
tus omnes vtraque in-
firmitate detētos, men-

te & corpore sanabat reddere. Cum enim ipsi infirmos, exhibens illis lauacrum sanctæ regenerationis.

Psal. Domine Dominus noster.

¶ Posuisti Domine super caput eius.

¶ Coronam de lapide pretioso. Pater noster.

Absolutio. Ipsius pietas.

¶ Iube domine.

Benedictio. Deus Pater omnipotens.

Lectio iv.

SAturninus Tolosæ primus Episcopus ad eam ciuitatem Roma missus cum peruenisset, cœperunt Dœmonum, qui in ea vrbe colebantur vaticinia cessare, cuius rei causā dum inuestigarēt vanæ superstitionis Antistites, tandem intelligunt Saturninū Christi virtute dœmonum ora sic obturasse, ne possent consulentibus oracula

beato Pontifici ad Ecclesiam id tēporis paruulam iuxta Capitoliū, quod inter domum in qua habitabat & ipsam domū Dei mediū erat, frequēs iter esset ac redditus, eius præsentiam fallax dœmonum turba non potuit sustinere.

¶ Prædicāte beato Preſule Saturnino, Christiani nominis beata crescebat professio, & nouellæ fidei pullulabat veneranda plantatio: *Et extirpabatur sequa Gētilitatis superstitione. ¶ Opitulantibus eximij Præfulis dulcissimis precibus, cuncta fugabantur incōmoda, & grauis Dœmonum de primebatur incūrsio. Et extirpabatur.

Benedict. Christus perpetuæ. **Lectio v.**

QVadā autem die parato ad victimā

tauro, Saturninum ad officium solemne venientem, quidam ex illa malignantium turba eminus agnoscens, exclamat adesse Deorum aduersarium. Comprehensus vero cum dæmoniis immolare cogeretur, libere respōdit, vnum se verum & solum Deum agnoscere, huic soli se laudes & hostias immolaturum; Deos autē illorum Dæmones esse, quos nō tam hostiis pecudū, quam animarum suarum exitio honorabant, nec posse animum inducere ut eos coleret, quibus terrori se esse intelligeret.

R. O vere sanctū Præfulem! cuius lachrymis & precibus, ab inferno tantus est ad Deum reuocatus populus, qui & Christi iugo subditus: * Et Idolorum effectus est deuastator egregius.

R. Percepto itaque lauacro regenerationis, testis existere meruit sanctæ Trinitatis. Et Idolorum.

Benedictio. Ignem sui amoris. **Lectio vi.**

Ad huiusmodi verba excandescens impia turba, tauro illo, qui ad victimam erat præparatus, ad ministerium suæ crudelitatis vtuntur. Postrema enim funis parte, quæ ad posteriora tauri defluebat, sancti viri pedes alligant, actumique stimulis acrioribus taurum è superiori Capitolii parte in plana præcipitant, ac per ipsius Capitolij gradus lapideos capite colliso, cerebro excusso, ac toto corpore lacerato, sanctam animam Christus accepit. Exanime vero corpus, ad eum locum, tauro furente rupto fu-

ne perductum est, vbi dатores ac deceptores, Christianis ob furem Gentilium illud humare metuentibus, duæ mulieres, sexus imbecillitatem fidei virtute superantes, ligneo immisso feretro, quam maxime profundo loco ita condiderunt, ut venerandas Reliquias non tam sepelire, quam abscondere videretur. Quas post annos aliquot in ipsius nominis Ecclesia collocatas, una cum alijs plurimorum Sanctorum Reliquiis, plebs fidelis pia deuotione veneratur.

R. O quam veneranda immensi Regis pietas, quæ Saturnini Præsulis obtentu perfidos sacro beauit Spiritu: * *Vt reliquo idolorum cultu, in Deum viuum crederent per saecula regnante.*

Y. Qui erant sub haeresi anathemate, frau-

decepti sunt creduli, & nominis Christi confessores. *Vt reliquo. Gloria Patri. Vt reliquo.*

In tertio Noct. Antiph.

Opitulantibus autem eximii Præsulis dulcissimis precibus, cuncta fugabantur incommoda, & omnibus ad sanctam fidem properantibus, copiosa accrescebat benedictio. *P/alm. In Domino confido. Antiphona. Quanto amplius, Saturnini precibus, nouellæ fidei pullulabat veneranda plantatio, tanto radicitus extirpabantur saeva gentilitatis frus, & detestanda supersticio. Psalm. Domine quis habitabit. Antiph. O quam præfulgida fuit dies illa, qua Tologam ingressus est equidicus Apostolorum cohortus Dei Pontifex, cuius*

in habitaculis discordiæ paratis, intrauerunt pedes beati perpetuā pacē ferētes. *Psal.* Dñe in virtute. *v.* Magna est gloria eius in salutari tuo.

v. Gloriam & magnum decorē impones super eum. Pater noster.

Absolutio. A vinculis.

v. Iube domne. *Benedict.* Euangelica lectio.

Tres Lectiones de Homil. in Euang. Designauit Dñs de comm. *Euangelistarum.* *vij.* Orante beatissimo martyre apparuit ei An-

gelus Domini dicens: O miles fortissime, ô sacer egregie viriliter age, quia pro duplicato talenti munere, * Tibi gemina sunt diademata preparata. *v.* De vernāti & pretioso lapide immarcessibilis corona, & de sacerdotali insula stola luciflua. Tibi gemina. *Benedictio.* Cuius festum colimus.

viii. Sanctissimo martyre Saturnino ad taurum funibus ligato à cumine Capitolij per gradus usque ad plana præcipitato, capite colliso cerebroque excusso, * Dignam Deo animam Christus accepit. *v.* Examimevero corpus usque ad eum locum taurō furente perductum est, ubi fune disrupto tumulariam eo tempore sepulturam promeruit. Dignum Deo. Gloria Patri. Dignum Deo.

A D L A V D E S.

& per Horas, Antiph.

Saturninus Martyr Scipiens se nectere Christo, carnali in habitu noluit esse diu.

Psal. dominus regnauit. *cum reliquis.* Aña. Cumque sacerdotio fungetur in vrbe Tolosa, & populis Christum pandaret esse Deum, ostendit verbis addens mira-

cula factis. *Ant.* Plebs
cæcata nimis, & mortis
infœcta venenis, curari
effugiēs, ægra iacere vo-
lens, comprehendit ma-
lesana virū, & ad Capi-
tolia duxit. *Ant.* Turba
Sacerdotū nefando pol-
luta cruento, contra tu-
torem noxia bella mo-
uens, subligat indomiti
sanctū ad vestigia tauri.
Ant. Taurus impatiens
mox curua per auia rap-
tus, passim membra pii
fudit in vrbe viri, tum
mulier collegit ouans &
condidit artus, alleluja.
Capitul. Beatus vir qui
suffert. *vt supra. Hymnus.*

TVnc plebs sœua ne-
citradere preparat,
Tauro membra ligans
funibus arctius,
Quem mox instimulat
præcipitem dari,
Arcem per Capitolij.
Quo casu laceris deci-
dit artubus,
Excusso cerebro trami-

te confrago,
Christus tunc animam
suscipiens fouet,
Condignam diade-
mate.
Cuius nos precibus,
Rex pie protege,
Peccatis vacuans accu-
mulans bonis,
Quo iustis socii cœlica
gaudia,
Captemus sine limite.
Virtus ingenito sit iugi-
ter Patri,
Nato cum proprio, Spi-
ritui quoque,
Qui simplex Deitas ve-
raque Trinitas,
Regnat sæcla per
omnia. Amen.
¶. Sæcte Saturnine Mar-
tyr Domini pretiose.
¶. Adesto nostris pre-
cibus pius & propitius.
Ad Benedictus, Antiph.
Benedicti viri corpus
ligneo immissum fere-
tro, à religiosis mulieri-
bus ita conditum est, vt
non tam sepeliri quam

abscondi videretur. mur sancte , vt pro nobis apud ipsum intercedas , qui te digne promeritis pretioso coronauit martyrio. Oratio. Omnipotens sempiternus Deus , vt supra deinde fit commemor. S. Andreæ Apostoli , postea feria Aduentus , si in eo occurrat.

Nihil sit de Vigilia S. Andreae Apostoli , nec de S. Saturnino Martyre , sed tantum sit commem. Aduentus si in eo occurrat.

Ad Horas Antiph. de Laudibus , quarta prætermissa ; Capitula & Rx. brevia de cõmu. vni. Mar.

In secundis Vesperis , Antiphona. Saturninus martyr. Cum reliquis de Laudibus. Psal. Dixit Dominus , cum reliquis de Dominica , & loco ultimi , Psal. Credidi , Capitulum & Hymnus vt in primis Vesperis. ¶ Ora pro nobis beate Saturnine.

Rx. Vt digni efficiamur promissionibus Christi. Ad Magnificat , Antiph.

O fortisathleta Saturnine Pontifex , qui pro nefanda Capitolij victima tauri , meruisti effici hostia Christi : te preca-

mur sancte , vt pro nobis apud ipsum intercedas , qui te digne promeritis pretioso coronauit martyrio. Oratio. Omnipotens sempiternus Deus , vt supra deinde fit commemor. S. Andreæ Apostoli , postea feria Aduentus , si in eo occurrat.

DIE XXX. NOVEMB.

Fit de Sancto Andreæ Apostolo , sine commemo ratione Octauæ S. Saturnini , nisi in secundis , si nempe de ea fiat Officium sequenti die , & non alias Antiph. O fortis Athleta. ¶ Ora pro nobis Beate Saturnine. Oratio Omnipotens. vt in die.

DIE I. DECEMBRIS.

Tertia die infra Octauam sancti Saturnini.

Totum officium de Communi vnius Mart. præter ea quæ hic notantur.

In primo nocturno leguntur lect. de Script. occurr.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Augustini Epis.

In natali B. Cypriani 12.

Lectio IV.

¶ Honestum fecit illū.

Paulo post. Lectio v.

Vicina corporis
morte, non morie-

Sermonē exigit tam grata, & religiosa solennitas, qua passionem beati martyris Saturnini celebram⁹. tristis proculdubio tunc Ecclesia fuit, non damno cadentis, sed desiderio recedētis, semper cupiens videre præsentem tam bonum rectorē, atque doctore. Sed quos affixerat solicitude certaminis, cōsolata est corona victoris. Et nunc nō solum sineulla tristitia, verum etiam cum ingenti lætitia cuncta, quæ tunc gesta sunt, legēdo recolimus, dieque isto gaudere nobis concessū est, nō timere. Neque enim formidamus terribiliter venientem, sed expectamus hilariter redeuntem.

batur in animo pastoris vigilantia pastoralis, & cura tuendi Dominici gregis. Usque ad extremum vitæ huius diem mēte sobria tenebatur, nec exutiebat ab animo diligentia fidelissimi dispensatoris, manus tam proxima cruenti carnicis. Ita se martyrem cogitabat futurum, ut esse non obliuisceretur Episcopū, magis curans, quam rationem pastorum principi de cōmissionis sibi ouibus redderet, quam quid infideli de propria respōderet. Amabat quippe eū, qui Petro dixerat: amas me? pasce oues meas. Et pascebatur oues eius, pro qui bus sanguinē fundere, illū imitans, prēparabat. ¶ Desideriū animæ eius

Circa finem. Lectio vi.

PRæcesserat eū mul-
ti Martyres , quos
flagrantissimis exhorta-
tionibus suis ad vincen-
dum diabolū accende-
rat: & erat vtique iustū,
vt quos veridicus lo-
quendo præmiserat, pa-
tiendo intrepid⁹ seque-
retur. **Quid** ad hæc dica-
mus? **quid** ad hæc exul-
temus tanta conceptio-
ne gaudiorum ? in quid
erumpat cor nostrum,
& os nostrum ? Haben-
tes memoriam præsen-
tis loci, festiuitatem so-
lemnissimi diei , propo-
sitionem saluberrimi
exempli , omnibus me-
dullis nostris dicamus ;
Deo gratias.

¶. Stola iucunditatis.

In tertio Nocturno.

*Lectio Sancti Euange-
lij secundum Lucam.*

Lectio vii. Cap. 10.

IN illo tempore : De-
signauit Dominus &

alios septuaginta duos :
& misit illos binos ante
faciem suam,in omnem
ciuitatem & locum, quo
erat ipse venturus. Et
reliqua.

*De Homilia sancti Gre-
gorij Papæ.*

Ex Hom. 17. in Euang.

PRædicatori tanta in
Deo debet esse fidu-
cia , vt præsentis vitæ
sumptus , quamuis non
prouideat , tamen sibi
hos non deesse certissi-
me sciat: ne dum mens
eius occupatur ad tem-
poralia,minus aliis pro-
uideat æterna. **Quæ** si
quis verba etiam per al-
legoriam velit intelligi,
in fæculo pecunia clau-
sa est: pecuniavero clau-
sa, est sapientia occulta.

Qui igitur sapiētiæ ver-
bum habet, sed hoc ero-
gare proximo negligit,
quasi pecuniam in fæ-
culo ligatam tenet. Vn-
de scriptum est: Sapien-

tia abscondita, & thesaurus occultus, quæ utilitas in utrisque?

R. Corona aurea.

Paulo post. Lectio viii.

Ecce autem, qui sacerdolum & perā portare prohibuit, sumptus & alimenta ex eadem prædicatione concedit. Nam sequitur: In eadem autē domo manente, edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt: ut ab eis terrena stipendia consequamur, quibus præmia vitæ cœlestis offerimus. Vnde etiā Paulus hęc ipsa pro minimo suscipiens, dicit: Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si vestra carnalia metamus? Et notandum quod subditur: Dignus est operarius mercede sua: quia iā de mercede sunt operis ipsa alimenta sustentationis, ut hic merces de labore prædicationis

inchoetur, quæ illic de veritatis visione persicatur.

R. Hic est vere martyr.

Paulo post. Lectio ix.

Sed quid nos (quod stamē dicere sine dolore nō possumus) quid nos, ô pastores, agimus, qui& mercedem consequimur, & tamen operarii nequaquam sumus? Frustrus quippe sancta Ecclesię in stipendio quotidiano percipimus, sed tamē pro æterna Ecclesia minime in prædicatione laboramus. Pensamus, cuius damnationis sit, sine labore hic percipere mercedē laboris. Ecce ex oblatione fidelium viuimus, sed nūquid pro animabus fidelium laboramus? Illa in nostrum stipendum sumimus, quæ pro redimēdis peccatis suis fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadem,

vel

vel orationis studio, vel occurrat in Aduentu.
prædicationis, vt dignū Vesperæ de S. Francisco,
est, insudamus. Te Deū. cum commem. S. Bibianæ

Ad Laudes. ¶ Sancte Saturnine Martyr. Dñi
Saturnine Martyr. Dñi
pretiose. ¶ Adesto no-
stris precibus pius &
propitius.

Ad Benedictus, Antiph.

Saturninus martyr cu-
piēs se necdere Christo,
carnali in habitu noluit
esse diu. *Oratio.* Omni-
potens sempit. *Vt in die.*

Fit commemorationis Feriæ,
si venerit in Aduentu.

In Vesperis a Capitulo fit
de sancta Bibiana, cum
commemor. Octauæ.

Antiphona. O fortis Sermo sancti Maximi
athleta.

¶ Ora pro nobis B. Sa- De S. Cypriano, Hom. 2.
turnine. *Oratio, ut in die,*
commem. item Feriæ Ad-
uent. si occurrat. Lectio iv.

DIE II. DECEMBERIS.

In festo S. Bibiana & Virgi-
nis & mart. Semiduplex.
In Laudibus fit commem.
Oct. ut supra, & Feriæ si

occurred in Aduentu.
Vesperæ de S. Francisco,
cum commem. S. Bibianæ
& Oct. ut in secundis Ves-
peris Festi, & Feriæ.

DIE III. DECEMBERIS.

*In festo S. Francisci Xane-
rii Confessoris. Duplex.*

In Laudibus fit commem.
Oct. ut supra, in tertia die
infra Oct. & Feriæ.

In secundis Vesperis, fit
commem. Oct. & Feriæ,
& S. Barbara Virginis
& Martyris.

DIE IV. DECEMBERIS

Sexta die infra Octauan-
sancti Saturnini.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Maximi
Episcopi.

De S. Cypriano, Hom. 2.
Lectio iv.

IN martyrio beatissimi
Saturnini fratres cha-
rissimi, vniuersa nobis-
cum Christi exultat Ec-
clesia, quam in omne
gaudium & celestis eru-
ditione sermonis instru-

xit , & munere trium-
phalis sanguinis deco-
rauit. Fuit enim in eo, si-
cū cōpertum habemus,
& contra errores diabo-
li spiritualis sapiētiæ ple-
nitudo, & aduersum per-
secutiones mūdi, Chri-
stiani pectoris infatiga-
ta constantia. Quis non
huiusmodi virū, quantis
valet præcordiis profe-
quatur, cuius eloquētia
inspirata diuinitus & Ec-
clesias docuit , & seculū
confutauit ?

R. Honestū fecit illum.

Lectione v.

Verè hic mirabilis ,
atque omniū ubi-
que studiis celebrādus ,
quem sanctitas sacerdo-
tem , peritia doctorem ,
fides martyrē consecra-
uit. Pretiosa, inquit Da-
uid, in conspectu Domi-
ni mors sāctorum eius.
Videte , charissimi , in
quātum venerabilis Sa-
turninus etiā propheti-

cā supergressus est lau-
dem, cuius in conspectu
Domini non solū mors ,
sed & vita exstitit pretio-
sa. Moriendo namque
propriū Christo sanguini-
nem dedit , viuendo ni-
hilominus cohortatio-
ne fortissima , innume-
ros cælo martyres ac-
quisiuit.

R. Desideriū animę eius.

Lectione vi.

QUod hoc clarius sa-
cerdote , qui inter
hominum turbas gloria
cælestis conuersationis
emicuit, atque inter An-
gelicos cœtus , & sua fa-
ctus est & aliorum mor-
te conspicuus ? Iusti-
ssimè hic cū Patriarcha
Dauid cātauit Domino
Deo suo dicēs: Cor meū
& caro mea exultauerūt
in Deo viuo. Exultauit
itaque cor eius in Deo
viuo , cum morientis ac
morituri s̄eculi vanitate
despecta, totum se diui-

nis mācipauit obsequiis to positus debet adhuc
 Exultauit & caro eius in morsus cauere serpētis :
 Deo , quæ de hoc mūdo multa enim venena in
 non miseri corruptione Ägypto. Et qui in typo
 languoris , sed piis pro Pascha celebrat , patere
 religione suppliciis cō- potest vulneri: qui autē
 secrata migravit minister est veritatis ,
 Bz. Stola iucunditatis. euitat venēna , non tre-
 pidat. Et vt scias hoc ve-
 rum esse, ipse Dominus

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Euangeli
 secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 10.

In illo tempore: Desig- nauit dominus & alios septuaginta duos: & mi- sit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum , quo erat ipse vēturnus. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 7. in Luc. cap. 10.

Si quem mouet, qua ratione in Ägypto calceati iubentur edere agnum, Apostoli autem sine calceamētis ad prēdicandum Euangeliū diriguntur: is considerare debet, quia in Ägypto

to positus debet adhuc morsus cauere serpētis : multa enim venena in Ägypto. Et qui in typo Pascha celebrat , patere potest vulneri: qui autē minister est veritatis , euitat venēna , non trepidat. Et vt scias hoc verum esse, ipse Dominus ait: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & supra omnes virtutes inimici , & nihil vobis nocebunt. Bz. Corona aurea. *Lectio viii.*

Non virgas in manu iubētur tollere Apostoli. Quid est virga nisi proferendę potestatis insigne, & vlciscendi instrumentum doloris ? Ergo humilis Domini (in humilitate enim iudicium eius sublatū est :) humilis , inquam , Domini præceptum discipuli eius humilitatis officiis exequuntur : eos

enim misit ad seminan-
dam fidem, qui non co-
gerent, sed doceret; nec
vim potestatis exerce-
rent, sed doctrinam hu-
militatis attolleret. Ha-
bet tamen quos & cum
virga apostolos miserit,
sicut Paulus testificatur
dicens: *Quid vultis in
virga veniam ad vos, an
in charitate, & spiritu
mansuetudinis?* Hanc
virgam etiam & Timo-
theo dedit Apostolus,
dicens: *Argue, obsecra,
increpa. Aut fortasse an-
te passionem Domini,
quæ nutatium populo-
rum corda firmauit, ne-
cessaria sola fuerit man-
suetudo; post passionem
correptio.* ¶ *Hic est ve-
re martyr.* *Lectione ix.*

Certe mulceat Do-
minus, increpet
Paulus: suadeat, qui po-
test, pectora etiam dura-
mollire: arguat, qui non
potest vniuersa suadere.

Virgam igitur Paulus ex-
doctrina legis assumpse-
rat: legerat enim: *Qui
parcit baculò, odit filiū
suum.* Et ideo Dominus
in veteri testamēto ait:
*Visitabo invirga iniqui-
tates eorū.* In nouo au-
tem seipsm obtulit, vt
ignosceret vniuersis, di-
cens: *Si me quæritis, si-
nite hos abire.* Sed &
Paulus virgam quidem
minatur, sed in spiritu
mansuetudinis visitat de-
linquentés. Denique vt
scias mitem esse Docto-
rem; eorum ipsorum,
quos arguit, cōsulit vo-
luntatem. *Quid vultis,*
inquit, in virga veniam
ad vos, an in charitate &
spiritu mansuetudinis?
Semel virgam dixit, bis
mitiora subiecit, adii-
ciens mansuetudinem
charitati. *Te Deum.*
In Laudibus fit cōmem.
Feriae, & S. Barbaræ.
In Vesperis fit comm. Fer.

& sancti Sabbæ Abb.
DIE V. DECEMBERIS.
Septima die infra. Oct.
sancti Saturnini.

In secundo Nocturno.
De Sermone sancti Maximi Episcopi.

Vnde supra. Lectio iv.

Hic est ille Euāgeliū
cus paterfamilias,
proferens de thesauro
suo noua & vetera , qui
veteris, nouique Testa-
menti vnum atque idip-
sum mysteriū prēdicās ,
Ecclesias Christi locu-
pletissima disputatione
ditauit. Incorruptibilis,
atque indefessus illius
est hodie thesaurus, qui
pecuniam Domini sui
nūmularijs fenerās, quo-
tidie in corde fidelium,
cælestium diuitiarū san-
ctam conquirit usuram.
& Honestū fecit illum.

Lectio v.

QVid igitur , fratres,
tanto speciosius vi-
tæ hæc est regula

& mensura sermonis, vt
inter varias hominum
causas,motusque diuer-
sos , nunc affectione pa-
tris , nunc auctoritate
Doctoris , consoletur
humiles,superbos com-
primat , negligentes ar-
guat,increpet infideles?
Tantoque denique de-
core sacerdotiū, vitam
que suā vir fidelissimus
adornauit,vt doctrinam
suā subsequentibus con-
firmaret operibus , Do-
minicam illam senten-
tiā tenēs , qui docuerit ,
& fecerit , hic magnus
vocabitur in regno cæ-
lorum.

& desideriū animæ eius.

Lectio vi.

QVAM magnus hic ,
quāque præcipuus
in regno cælorū est, quē
in omnem gloriam ser-
mo Propheticus , vita
mirabilis , & mors Deo
deuota sublimat ? Nec
immerito,fratres, tanto

cum honore nominis esse cedendum, hoc loco mandet discipulis, eius memoria per amplissima mundi spatia celebratur, quia per universum orbem ad firmamentum fidei nostrae, & passio eius, & doctrina profecit.

R. Stola iucunditatis

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelii secundum Lucam.

Lectio vii. cap. 10.

IN illo tempore: Desi-
gnauit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse veneratus. Et reliqua.
De Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

Vnde supra.

Fortasse quibusdam hoc durum, & superbum, nec mansueti, & humilis domini precepito conuenire videatur, quod ille, qui etiam accubitionis loco precipit

co mandet discipulis, Neminem salutaueritis in via; cum iste communis situs gratiae. Sic inferiores superiorum sibi fauorem conciliare consueuerunt. Gentiles quoque cum Christianis habent huiusmodi officiorum commercia: quomodo Dominus hunc usum humanitatis auellit?

R. Corona aurea.

Lectio viii.

Sed considera, non hoc esse solum neminem salutaueritis, sed non frustra additum, in via. Denique & Eliseus cum mitteret seruum suum ut baculum eius poneret supra corpus defuncti pueruli, mandauit ei, ne per viam aliquem salutaret. Festinato enim iubebat eum contendere, ut celebrandae resurrectionis exequoretur officium, ne confabulatio-

ne alicuius obuii, mandato deflecteretur à munere.

R. Hic est vere martyr.

Lectio ix.

ERGO&HIC non salutatis officiū auferitur, sed obstaculum impediendē deuotionis aboletur: vt quando diuina mandantur, patilisper sequestrētur humana. Pulchra est salutatio: sed eo pulchrior, quo præceptorum maturior executio diuinarum, quæ per morā sæpe traxit offendam. Ideo autem & honesta prohibentur, ne solemnis gratia obrepat officii, & impedit ministerium, cuius mora culpa sit. Te Deum.

In Laudibus fit commem. Feriae, & sancti Sabbæ.

Ad Vesperas duplex, & omnia dicuntur sicut in primis Vesperis de communione unius mart. præter Orat.

quæ dicitur vt in die, cum commem. Feriae.

Si autem dies Oct. veniret in Dom. tunc in Sabb. Vesp. erunt de Psalt. a cap. de Dom. cum commem. diei Oct. vt in primis Vesperis de communi unius mart. Oratio vt in die; Et in Dominica similiter fit commem. diei Oct. ad Laudes & Vesperas, vt supra.

DIE VI. DECEMBRIS.

I N O C T A V A

S. Saturn. Duplex.

In primo Noct. leguntur Lectiones de script. occurr.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Ioann. Chrys. De S. Ignatio, tom. 5 circa medium. Lectio. iv.

TEMPUS animadueritate, fratres, quo dignitatem Episcopalem beatus Saturninus est assecutus. Neque enim est eadē nunc, quæ tunc erat Ecclesiā gubernandi conditio: non æqualis est labor, viā tritam,

& planè paratam post sentiunt, magna tempe-
multos ingredi viato-
res; atque eam, quæ nūc
primo secunda est, quæ-
que prærupta, & saxosa,
ferisque plena, nec vllū
adhuc viatorē admisit.
Tunc autem, quocum-
que quis oculos verte-
ret, vbiique præcipitia,
barathra, & bella, & pug-
næ, & pericula: Impera-
tores, & Reges, & popu-
li, & ciuitates, & gentes
& domestici, & alieni
credentibus insidias
tendebant.

R. Honestū fecit illum.

Paulo post. Lectio v.

Quemadmodū igi-
tur gubernatorem
admiramur, non quod
vectores possit in portū
incolumes ducere, cùm
mare tranquillum est,
cumque nauis fertur
ventis secundis: sed cū
insaniente pelago, ven-
tisque sœuentibus, qui
in naui sunt inter se dis-

sentiunt, magna tempe-
state intus & foris nau-
gantes exagitante, na-
uim tamē potest dirige-
re & conseruare. Sic eos
qui tunc Ecclesiam rege-
bant, multò magis, quā
illos qui eam in præsē-
tia gubernant, suspicere
debemus & admirari,
quando multa bella in-
tus & foris: quando fidei
planta imbecillior erat
adhuc, & diligentia ma-
gis indigebat: quando
veluti modo genitus in-
fans Ecclesiæ populus
magnā prouidentiam,
atque sapiētiā animæ,
à qua nutriendus esset,
postulabat.

R. Desideriū animæcius.

Paulo post. Lectio vi.

Verūm, ne totum
tempus in Episco-
patus cōsideratione col-
locantes, ab iis, quæ ad
eum vti martyrem spe-
ctant, enarrandis exclu-
damur: age ad illius cer-

tamina contendamus.
Versutus enim diabol⁹,
& ad struendas aptus in-
sidias, existimabat, si pa-
stores sustulisset, ouilia
se facile direpturū. Sed
qui comprehendit astu-
tos in eorū astutia, ostē-
dens, Ecclesias suas non
ab hominibus gubernari,
sed eos, qui in ipsum
credunt, semper à se re-
gi; id fieri permittebat,
vt cùm cerneret, recto-
ribus sublati, non tamē
religionem deleri, nec
veritatis p̄dicationem
extingui, sed potius au-
geri: ex rebus ipsis & ip-
se, & qui ei inseruiebant
omnes intelligerent,
Christianorum discipli-
nam non ab hominibus
pendere, sed in cælis ra-
dices agere, Deumque
esse, qui vbiique Eccle-
sias tueretur.

R. Stola iucunditatis.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij

secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 20.

In illo tempore: desig-
nauit Dominus & ali-
os septuaginta duos: &
misit illos binos ante fa-
ciē suam in omnē ciui-
tatē & locum, quo erat
ipse vēturus. Et reliqua.
Homilia S. Augustini
Episcopi.

Serm. 42. de Sanctis, circa
medium.

Ipse Dominus noster
loculos habuit in via,
& ipsos loculos Iudæ
commendauerat. Patie-
batur quidem furē: sed
ego à Domino meo dis-
cere cupiens, dico: Do-
mine, patiebaris furem,
vnde habebas vnde tol-
leret? Me hominem mi-
serum, & infirmum mo-
nuisti nec fæculū por-
tare: tu portasti loculos,
& erat vbi furem pate-
reris: si non portares,
nec ille inueniret quod
auferret. Quid restat, ni-

si quod hic dicat mihi: accepit. Quid ergo est, intellige, quod audis, Noli portare sacculum. **Quid est sacculus?** pecunia clausa, id est, occulta sapientia. Nolite fieri sapientes penes vosmetipso. Accipite Spiritum sanctum. Fons in te debet esse, non sacculus: vnde erogatur non ubi includatur.

R. Corona aurea.

Paulo post. Lectio viij.

Neminem in via salutaueritis. Potest quidē & simpliciter sic accipi, quia iussit nos festinanter agere iniuncta. Sed est aliud, quod hic magis recognitē non dissimile intelligere, quod plus pertinet ad me, & ad omnes dispensatores, sed ad vos auditores. **Qui salutat, salutem dicit:** nā & antiqui in epistolis suis sic scribebant, Ille illi salutem. **Salutatio à salute nomē**

accepit. Neminem in via salutaueritis? Qui salutant in via, per occasionem salutant. Video vos cito intellexisse, nec tamen debo iam finire: non enim omnes cito intellexistis. Sed quia de via loquimur, tamquam in via ambulemus. Veloce tardos expectate, & pariter ambulate.

R. Hic est vere martyr.

Lectio ix.

Quid ergo dixi, **Qui** in via salutat, per occasionē salutat? Non ad eum ibat quem salutat; aliud agebat, aliud occurrit; aliud petebat, aliud transuerso quod ageret, inuenit. Si prædicas, hoc age per dilectionem, non per occasionem. Sunt ergo homines, qui sua quærentes, non aliud prædicant Euangelium: de quibus Apostolus ge-

mēs dicit. Omnes enim sua quærunt, non quæ Iesu Christi. Et hi salutabant, hoc est salutē annuntiabant, Euangeliū prædicabant: sed aliud quærebant, & ideo per occasionem salutabant.

Te Deum.

In Laudib. fit com. Feriæ.

In secūdis Vesp. à Capitulo fit de S. Ambrosio, cum commem. Oct. & Feriæ.

DIE XXII. DECEMB.

In festo S. Honorati Episcopi Tolosani & Confessoris. Duplex.

Oratio. Exaudi quæsumus Domine. de commu-

In primo Noct. Lect. de commu. Confessoris Pontificis. Fidelis sermo.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Honoratus secundus Tolosæ Episcopus, natione Cataber, à beato Saturnino baptizatus, cum Pampilonē urbem Cantabrorū pre-

cipuam, docendi verbi Dei gratia projectus es- set, tantos in Christianę vitæ instituto fecit pro gressus, ut sancto Saturnino de medio sublato, ejus Pontificalis dignitatis honore sit dona- tus. Cuius vitam mori- bus expressit; & cū beato Honesto Nemausensi, quem sanctus Saturninus in itinere sibi sociū & laborum participē as- sumperat, omnia Ori- entis pia loca visitauit.

&c. Inueni Dauid.

Lectio v.

Cum autem Hono- ratus Tolosæ op- timi pastoris partes obi- ret, Honestus, quem Sa- turninus Presbyterū re- gendæ Pāpilonensi Ec- clesiæ instituerat, ad ip- sum mittit Firminum, quem tanquam popula- tē suum Pāpilonenses eximiè colunt, Christia- næ vitæ præceptis, mo-

ribusque suis instituendum. Tanto magistro dignus discipulus evasit; probataq; industria ab Honorato iniciatur sacris Ordinibus, & varias in partes Galliae legatur. Quas omnes cœlesti Evangelij face feliciter collustrauit; traditurque fundasse Ecclesiam Ambianensem, & eam primus Episcopali potestate obtinuisse.

R. Posui adiutorium.

Lectio vi.

Honoratus tandem quamplurimis rerum benè gestarum meritis illustris, vitam hāc mottalem cum æterna cōmutauit Tolosæ, vbi cōditus iacet. Nam cum excitata esset ædes sacra sancto Saturnino, in eā corpus eius delatum, & in eadem postmodū inuentum, iuxta gradus per quos ad sancti Saturnini monumentum

est ascensus, in lapideo tumulo fuit collocatū, prēter caput quod argentea theca conclusum, in eadem æde visitur & honoratur.

R. Iste est qui ante Deū.

In tertio Nocturno. Homilia in Euangelium. Homo peregre proficisciens. de Communi Confessoris Pontificis.

In Laudibus & Vesperis fit commem. Ferie.

DIE XXVI. IANVAR.

In Eleuatione corporum sanctorū Simonis & Iudæ Apostolorum, & Susanæ Babylonicae. midup.

Totum Officium ut in cōmuni Apostol prētereat que hic propr. notant. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui hāc civitatem Tolosam, per sacrosancta beatorum Apostolorum tuorum Simonis & Iudæ, ac beatæ Susanæ corpora decorasti; præsta

quæsumus, vt qui anniversariam Eleuatio- illis regionibus & effe-
nisi membrorum memoriam nassent; doctrina & mi-
colimus, ad cœlestem taculis, ac denique glo-
patriam ipsorum meri- rioso martyrio, simul
tis & intercessionibus, sanctissimum Iesu Chri-
eleuari mereamur. Per. sti nomen illustrarunt.

In primo Noct. Læctiones de Scriptura occurrente.

Si vero contingat hoc festum transferri post Ferriam iv. Cinerum, Lect. primi Noct. leguntur ut in eorum festo 28. Octobris.

In secundo Nocturno.

Læctio iv.

Simon Chananaeus, qui & Zelotes; & Thaddæus, qui & Iudas Iacobi appellatur in Euangeliō, vnius ex catholicis Epistolis scriptor, hic Mesopotamiā, ille Ægyptum Euangelica prædicatione peragruit. Postea in Perside conuenientes, cum innumerabiles filios Iesu Christo peperissent, sedque in vastissimis

ratis gentibus disseminis eorum memoria nascit; doctrina & missio, ad cœlestem taculis, ac denique gloriosu[m] martyrio, simul sanctissimum Iesu Christi nomen illustrarunt. Quorum corpora, à Carolo Magno Tolosam translata, in Ecclesia sancti Saturnini condita diu iacuerunt; donec anno salutis millesimo quingentesimo undecimo, septimo Kalendas Februarij, sole-

ni ritu ac pompa eleuata sunt, vna cum corpore beatæ Susannæ Babylonicae: cuius hodie pia Elevationis memoria, recolitur.

& Vidi cōjunctos viros.

Læctio v. & vi. Sermo S. Gregorij Papæ. Scriptum est: Spiritus Domini. De communi Apost.

& vi. Beati estis.

& vii. Isti sunt triūpha.

In tertio Nocturno, Ha-

milia in Evang. Hæc mādo vobis. Ut in eorum festo xxviii. Octobris.

Vesp. dicuntur de sancto Ioanne Chrysost. cum commemoratione Sanctorum Simonis & Iudæ. &c.

DIE III. EEBRVARII.

In festo sancti Blasij Ep. & mart. Duplex. Oratio, ut in Breuiario.

In primo Noctur. Lect. de Script. occurrente.

Nisi contingat hoc festū transferri post Feriam iv. Cinerum, tunc enim in primo Noct. leguntur Lect. de communi vnius Martyris. A Miletō.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

EXcitata in Christianos dira atque diuturna persecuzione, Blasius Sebastæ in Armenia ejusdem ciuitatis Episcopus, omni virtutum laude clarus enituit. Verum dans locū iræ, & ad tempus perse-

cutioni cedens, in montis Argæi spelunca, ab auibus, quotidianam præstantibus alimoniā, velut alter Elias enutritus delituit. Ibi tamdiu moratus est, donec ab Agricolai militibus deprehensus, & ad Præsidem illis compellantibus evocatus, vltro è latebris erupit: & vobis- cum, inquit, ibo filoli, ter enim mihi nocte Dominus apparuit, qui sibi à me sacrificium jussit offerri.

& Honestum fecit illū.

Lectio v.

ITaque ad Præsidem ductus, ejus jussu cōjectus est in vincula: quo in loco multos ægrotos sanauit, qui ad Blasium, ejus fama sanctitatis adducti, deferebātur. In illis puer fuit, qui desperata à medicis salute, transversa spina faucibus inhærente, ani-

mam agebat. Cum autem productum Blasii Agricolaus, neque minis, neque blanditijs subducere potuisset, diu cæsum, & in ligno suspensum, crudelissime ferreorum pectinum laniena cruciauit. Interim septem mulieres, quæ guttas sanguinis ejus defluentes, dum torqueretur, colligebant, deprehensæ quod essent Christianæ, post dira tormenta gladio feriuntur.

R. desideriū animæ ejus.

Lectio vi.

CVM autem invictus Præsul in Christi Iesu confessione firmo fidei robore staret: neglectis tormentorū generibus varijs, quæ crudelitas, furorq; Præsidis ministrarent, in vicinū lacum demergi iussus est. Sed, ô mirum! facto crucis signo, aqua in

modum marmoris durata firma cepit martyris vestigia, qui toto corpore aquis superior existens, magno intuentiū animos stupore confixit. Tandemq; gladio capite truncatus, martyrium consummauit. Cujus corpus, à Christianis honorificè sepultum, innumeris claruit miraculis.

R. Stola jucunditatis.

In tertio Noct. Homil. in Evangel. Si quis vult post me venire. De communione vnus martyris.

DIE IV. FEBRVARII.
In festo sancti Gilberti Abbatis. Duplex.

Oratio. Intercessio.
de communi Abbatum.
Postea fit commem. sancti Blasij, Ant. Qui vult venire. V. Iustus ut palma, Oratio. Deus qui nos beati.

In primo Noctur. Lect. de communi Confessoris

*non Pontificis. Iustus si humanam
morte.*

In secundo Nocturno.

Sermo S.Ioan.Chrysost.

*De sancto Philogonio an-
te medium.*

Lectio iv.

AD hanc beatam re-
quiem transiit bea-
tus Gilbertus, quænam
igitur oratio par sit viri
laudibus, quem Deus
tam foelici sorte digna-
tus est? Non est villa. Sed
age, dic mihi, num id
circo silebimus? & cuius
rei conuenimus? An di-
cemus nos haud posse
magnitudinem gestorū
oratione consequi? At-
qui ob hoc ipsū necesse
est dicere; quandoquidē
hæc est præcipua laudū
illius pars, quod factis
verba æquiparari non
possint. Nam quorum
benefacta naturā etiam
superant mortalē, per-
picuū est, quod horum
laudes excedunt linguā

&c. Honestū fecit illum.

Lectio v.

PRoinde quamvis
nostræ facultates
éxiguæ sint; minimiq;
pretij, attamen quę pos-
sumus, offerimus. Ea li-
cet non respōdeat mag-
nitudini meritorū ani-
mæ præclari iustique
Gilberti, tamen hoc cel-
studinis illius maximū
fuerit argumentū, quod
nec pusilla repellat, sed
idem faciat quod solent
diuites. Si quidem illi
cùm acceperint à te-
nuibus exigua, quibus
non egent, sua vicissim
apponunt, remuneran-
tes eos, qui quod pote-
rant obtulerint. Itidem
& hic, cum acceperit à
nobis laudem verbis
peractam, qua nequa-
quam eget, redonabit
nobis per ipsa facta be-
nedictionem, qua sem-
per yti possimus.

Ret Amavit eum Dñs.

Lectio vi.

VNde igitur laudationem illius auspiciabimur? An à magistratu, quem spiritus illi tradidit gratia? Nam mundani Magistratus nequaquam possunt Christianorum demonstrare virtutes, quin potius frequenter habent accusationem malitiae. Quam ob causam? quoniam & sollicitudines amicorum, & circumcursationes, & adulaciones, aliaque permulta his fœdiora tales Magistratus solent cōciliare. Ceterum ubi Deus suo suffragio designarit aliquem, incorruptum suffragium, alienum ab omni suspicione iudicium, indubitata fuerit delecti comprobatio, propter eius, qui de legit, auctoritatem. **R**. Iste homo perfecit.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangeliū. Ecce nos reliquimus omnia. de commū. Apostolorū.

R. vii. Iste est qui ante Deum.

R. viii. Sint lumbi vestri.

In secundis Vesperis fit commemoror. sancte Agathæ virginis & martyris.

DIE XVII. FEBRVAR.

In festo sancti Silvini Episcopi Tolosani, & Confessoris. Semiduplex.

Oratio. Exaudi quæsumus Domine, de commū.

In primo Noct. Lectio-nes de Script. occurrente.

Si vero celebretur in Quadragesima, Lectiones pri-mi Nocturni leguntur de Communi Conf. Pontificis. Fidelis sermo.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Siluinum domo Tolosatē, & illustri loco natum, tandemque Antistitem Tolosanum fuisse produnt, & Dago-

berti secundi, & Lotarij sitando. Deinde Tolosā secundi Regum temporibus claruisse. Is cum adoleuisset nobilem sibi pueram despōdit, quā tamē intactam cum patria Tolosana & opibus reliquit, purioris vitæ studio captus. Quare in Morinorum Teruanensem agrū se recepit, vbi sancti Benedicti institutum complexus, in Sithiuēsi perantiquo Monasterio, quod à sancto Berthino cognomē postea sortitum est, reliquum vitæ ferè traduxit.

R. Inueni Dauid.

Lectio v.

CVm Sanctus vir ciliicio, ferreisque circulis continuo carnem edomaret, totum eius corpus tantis asperitatibus erat attritum, vt non tam viuere, quam mori videretur. Martyrij cupidus in Syriam transmisit, loca sacra vi-

sitando. reuersus Episcopali hore ornatur, quē cum laude gessit, sanctissimis exemplis & frequentibus cōcionibus plebem suam pascens. Quæ autem docebat innumeris miraculis confirmabat; multos Energumenos à dæmonum tyrannide vindicauit, ægrotosque non paucos sanitati restituit. Interea, pristini instituti nō immemor, Sithiuense cœnobium reuisere in desideriis habuit, quo dum se conferret, in Alciaco Monasterio febri extinguitur.

R. Posui adiutorium.

Lectio vi.

CVmque morte imminēte acrius conflictaretur, psalmos tamen pœnitentiales continuo decantari, & augustissimum Missæ sacrificium se corā celebrari voluit. Quibus pietatis

operibus dum impēsius
vacaret, Angelorū cœ-
tu recreatus has voces
semel atque iterum re-
petendo; Ecce Angeli
Dei ad nos, spiritū emi-
sit. Quod viuus optaue-
rat, mortuus Sithiuense
solum obtinuit, eo enim
à Centullensibus Mona-
chis tumulandus, dela-
tus est, ex Ambianensi
remoto tractu, simul
profectis.

R. Iste est qui ante Deū.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangeliū. Vigilate. de communi Confessoris Pontificis.

*Si venerit in Quadrag.
9. Lectio de Hom. Fer. occurr. cum eius cōmemor.*

*In secundis Vesp. fit com-
mem. S. Simeonis.*

DIE XXVIII. vel XXIX.
Februarii anno Bissexto.

*In Translatione S. Augu-
stini Episcopi & Confess.
& Eccles. Doct. Semidup.*

Omnia dicuntur de com-

*muni confessoris Pontifi-
cis, præter hic annotata.*

*Ad Magnificat in vtris-
que Vesp. Ant. O doctor
optime. vt in Communi
Confess. Pontificis. Oratio.*

Deus, qui transtuli-
sti populum tuum
per mare rubrum, quiq;
per marinos vortices ad
locum tibi placitum,
sancti Doctoris Augu-
stini corpus transferri
voluisti: concede propi-
tius, nos de morte ad vi-
tam illius precibus trā-
fire, cuius hodie Trans-
lationem celebramus.
Per Dominum.

*Deinde fit cōmemor. Fe-
riæ, si in Quadrag. venerit.*

*In commemorat. consue-
tis omitt. cōmem. S. Aug.*

*In primo noct. si Venerit
in Quadrag. Lect. Sapi-
entiam omnium anti-
quorum. de commu. Do-
ctorum, alias de Scriptura
ocurrente.*

In secundo Nocturno.

Le^ctio iii i.

¶ Inueni David.

Beatus Augustin^o cū
sui tēporis errores
& hæreticos egregie re-
felliſſet, tandem post diu-
turnum vitæ agonē, me-
ritam recepturus coro-
nam migrat ē corpore.
Huius sanctas exuuias,
ciuitatis Hippoñensis fi-
deles sanctissimo paren-
tantes Antistiti, honore
ac religione debitissimis, in
Diui Protomartyris, vti
viius mandauerat, æde
collocarūt. Iamque du-
os supra septuaginta
annos illic iacuerant,
cum immani barbaro-
rum in Christianos or-
ta tempestate, sanctus
Fulgentius Afer Episco-
pus Rusensis metuens
sacris pignoribus, ea in
Sardiniam curat expor-
tari, vbi totos ducentos
viginti tres annos qui-
bus illic fuerunt, virtu-
tum admirabilium glo-
ria claruere,

Le^ctio v.

Sed cum in dies atrox
procella magis glis-
ceret, totamque flucti-
bus inundaret Sardiniā,
sic ut omnia depopula-
tionibus vastarentur, &
sacra profanis miscerē-
tur, non pepercit scele-
rata manus Diui Augu-
stini cinerib^o, quin hor-
rendis illorum ritibus,
huius etiam, vt mul-
torum Diuorū sacraria,
conspurcarent, donec
Christianæ religionis
præclarus vindicta Luith-
prandus, magna vi auri
numerata, ex hostili &
sacrilega manu sacra af-
serēs pignora, Ticinum
seu Papiam ea transfe-
renda curauit.

¶ Posui adiutorium.

Le^ctio vi.

Papiam igitur expor-
tatæ Diui reliquiæ,
in Basilica Principis A-
postolorum, quæ nunc

sancti Augustini dicitur, *sia s. Saturnini Tolosæ loculo conduntur per honorifico, vbi etiam num sub cœlo aureo vi suntur. Cæterum Ioannes vigesimus secundus huius nominis Pōtifex, de venerabilium Cardinaliū consensu, Fratrib⁹ Ordinis Eremitarū, qui eiusdem sancti Augustini viuerent legibus, sacram institutoris corpus concessit, quod Pontificiis literis, in eam rem datis, est locupletissime testatum.*

¶ Iste est qui ante Deū.

In tertio Noct. Homil. in Euangel. Vos estis sal terræ. de cōmu. Doctorum.

¶ vii. Amauit eum Dñs.

¶ viii. In medio Eccles.

Si venerit in Quadragesima, nona Lectio de Homilia Feriæ occurrentis, cum eius cōmemoratione.

DIE XV. MARTII.

In festo sacrarum Reliquiarum in insigni Eccle-

gia s. Saturnini Tolosæ quiescentium. Duplex.

Ad Vesperas, Ant. Nos autem gloriari oportet. cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psal. Laudate Dñm omnes gentes. Capitulu Apoc.7.

Ecce ego Ioānes vi di alterum Angelū ascendētem ab ortu solis, habentē signum Dei viui; & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicēs: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus quoadusque signemus seruos Dei nostri in frōtibus eorum, *Hymnus.*

Christe Redemptor omnium.

Cōserua tuos famulos, Beatæ semper Virginis Placat⁹ sanctis precibus,

Vates æterni Iudicis, Apostolique Domini, Suppliciter exposcimus Saluari vestris precibus.

Martyres Dei incliti, & ossa eorum pullulant
 Confessoresque lucidi, de loco suo, & nomen
 Vestris orationibus eorū permanet in æter-
 Nos ferte in cœlestibus. num. *Oratio.*

Chori sanctarum Vir-
 ginum,
 Monachorumque om-
 nium,
 Simul cum Sanctis om-
 nibus

Cōsortes Christi facite.

Gentem auferte per-
 fidam
 Credentium de finibus;
 Ut Christo laudes de-
 bitas

Persoluamus alacriter.

Gloria Patri ingenito,
 Eiusque Vnigenito,
 Vna cum sancto Spiritu,
 In sempiterna sæcula.

Amen.

¶. Lētamini in domino,
 & exultate iusti.

¶. Et gloriamini omnes
 recti corde.

Ad Magnificat. *Ant.*

Non auersi sunt à Do-
 mino, vt sit memoria,
 eorum in benedictione,

*P*ropitiare, quæsu-
 mus Domine, nobis
 famulis tuis, per sancto-
 rum tuorum Iacobi, Si-
 monis & Iude, Philippi
 & Iacobi, Barnabæ &
 Bartholomæ, Saturnini,
 Exuperii, Papuli, Geor-
 gii, Eadmundi, Claudii,
 Nicostrati, Symphoria-
 ni, Castorii & Simplicii,
 Quirici & Iulittæ, Ascis-
 cli & Victoriæ, Honora-
 ti, Hilarii, Siluii, Ægidii,
 Gilberti, Honesti & Su-
 fannæ; aliorūque San-
 ctorū tuorum, quorum
 corpora & Reliquiæ in
 præsenti habētur Eccle-
 sia, merita glorioſa: vt
 eorum pia interceſſione
 ab omnib⁹ ſemper pro-
 tegamur aduersis. Per.
Deinde fit cōmem. Feria.
Ad Matutinum. Inuit.
 Regem regum Domi-

num venite adoremus: fornace probauit illos,
 * **Quia ipse est corona & quasi holocausti ho-**
Sanctorum omnium. stiam accepit illos, & in
Psal. Venite, exultem⁹. tempore erit respectus
Hymn. Christe Redemp-
tor omnium. vt supra.

Ant. Psalmi, & v. No.
Eturnorum, vt in festo Om-
nium Sanct. j. Nouemb.

In primo Nocturno.

De libro Sapientiae.

Lectio j. Cap. 3

Iistorū animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: & estimata est afflictio exitus illorum, & quod à nobis est iter, exterminium: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Tamquam aurum in

fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.

R. Christus Dominus humiliauit semetipsū, factus obediens usque ad mortē, mortem autem crucis. * Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nōmē, quod est super omnē nomen. **v.** Milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius. Propter quod. De Epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. *Lectio ii. Cap. 15.*

Dicit alius: Quomodo resurgunt mortui? qualive corpore venient? Insipiens, tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, ut pu-

ta tritici aut alicuius ceterorū. Deus autem dat illi corpus sicut vult : & vnicuique seminū proprium corpus. Non omnis caro eadem caro ; sed alia quidem hominum , alia vero pecorū , alia volucrum , alia autem piscium. Et corpora cælestia , & corpora terrestria : sed alia quidem cælestiū gloria , alia autem terrestriū. Alia claritas solis , alia claritas lunæ , & alia claritas stellarū. Sella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorū. Seminatur in corruptione , surget in incorruptione.

¶ Beata es Virgo Maria , Dei genitrix , quæ credisti Domino , perfecta sunt in te quæ dicta sunt tibi : ecce exaltata es super choros Angelorum : * Intercede pro nobis ad Dominum Deum no-

strum. ¶ Ave Maria , gratia plena : Dominus tecum. Intercede.

De libro Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

Lectio iij. Cap. 7.

OMnes Angeli stabat in circuitu throni , & Seniorum , & quatuor Animalium : & cederunt in cōspectu throni in facies suas , & adorauerunt Deum , dicentes , Amen. Benedictio , & claritas , & sapientia , & gratiarum actio , honor , & virtus , & fortitudo Deo nostro , in sæcula sæculorum , Amen. Et respondit unus de Senioribus , & dixit mihi : Hi , qui amicti sunt stolæ albis , qui sunt ? & vnde venerunt ? & dixi illi : Domine mi , tu scis. Et dixit mihi : Hi sunt , qui venerunt de tribulacione magna , & lauerunt stolas suas , & dealbauerunt eas in sanguine Ag-

ni; ideo sunt ante thro-
num Dei, & seruiunt ei
die ac nocte in templo
ei⁹: & qui sedet in thro-
no, habitabit super illos.
¶. Isti sunt, qui viuen-
tes in carne, plantaue-
runt Ecclesiam sanguine
suo: * Calicem Do-
mini biberunt, & amici
Dei facti sunt. ¶ In om-
nem terram exiuit fo-
nus eorum, & in fines
orbis terræ verba eo-
rum. Calicem.

In secundo Nocturno.
Sermo S. Ambrosii Epis-
copi. *Lectio ivi. Serm. 77.*

CVm Martyres à
nobis deuotissime
percolendi sint; sed spe-
cialiter ij venerādi sunt
à nobis, quorum Reli-
quias possidemus. Illi
enim nos orationibus
adiuant, isti etiam ad-
iuant passione. Cum
his autem nobis fami-
iliaritas est: semper enim
nobiscum sunt, nobis-

cum morantur, hoc est,
& in corpore nos viuen-
tes custodiunt, & de cor-
pore recedentes excipi-
unt; hic ne nos peccato-
rum labes absumat, hic
ne inferni horror inua-
dat. nam ideo hoc à ma-
ioribus prouisum est, vt
Sanctorum ossibus no-
stra corpora sociemus,
vt dū illos tartarus me-
tuit, nos pœna non tan-
gat; dum illos Christus
illuminat, à nobis tene-
brarū caligo diffugiat.
¶ Sancti mei, qui in car-
ne positi, certamen ha-
buistis: * Mercedem la-
boris ego reddā vobis.
¶ Venite benedicti Pa-
tris mei, percipite reg-
nū, Mercedem. *Lect. v.*

Martyres inferni
porta non possi-
det, quoniam eos Para-
disi regna suscipiunt.
Nam videmus eos uti-
que iam regnare: cerni-
mus enim ab iis frequē-

ter obseffos immundissimis dæmonibus homines liberari, ita ut cœlesti medicina & captiuâ anima de diaboli laqueis eruatur, & ipse diabolus vinculis igneis alligatus producatur de sua captiuitate captiuus, vt qui prædam paulo ante coperat, ipse subdatur in prædam. Hæc & alia portiora mirabilia per sanctos fieri omnibus notum est: & ideo, fratres, veneremur eos in præsenti sæculo, quos defensores habere possumus in futuro. Et sicut eis parentum nostrorum ossibus iungimur, ita eis fieri socios imitatione iungamur.

¶. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: *Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis.

¶. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. *Lectio. vi.*

Serm. 93. in Natali SS. Nazarii, &c. post medium.

QUod si dicas mihi, Quid honoras in carne iam resoluta, atque consumpta, de qua nulla iam Deo cura est? Et ubi est illud, charissimi, quod ipsa Veritas loquitur per Prophetam? Pretiosa, inquit, in conpectu Domini mors Sanctorum eius. Et iterum: Mihi autem valde honorificandi sunt amici tui Deus. Honorare debemus seruos Dei, quanto magis amicos Dei? de quibus alio loco dicitur: Dominus custodit omnia ossa eorum, & unum ex his non conteretur. Hoc vero ergo in carne Martyrum acceptas pro Christi nomine cicatrices, honoro viuentium

memoriam, perennitatem virtutis. Honoro cineres per confessionem Domini consecratos: honoro in cineribus semina æternitatis.

¶ Media nocte clamor factus est: * Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. ¶ Prudentes virgines aptate vestras lāpades. Ecce sponsus. Gloria Patri. Ecce sponsus.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Euangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 10.
In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Quivos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Et reliqua.
Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

Honoramus Reliquias Martyrum, ut eum cuius sunt Martyres adoremus; honoramus seruos, ut honor seruorum redundet ad

Dominum, qui ait: Qui vos recipit, me recipit. Si non sunt honorandæ Reliquiæ Martyrū, quomodo legimus: Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorū eius? Ergone Petri & Pauli immundæ sunt Reliquiæ? Ergone Moysi corpus immundum erit, quod iuxta Hebraicam veritatem, ab ipso sepultum est Domino? Et quotiescumque Apostolorū & Prophetarum, aut Martyrū Basilicas ingrediemur, toties idolorum tēpla venerabimur? Ergone & Domini corpus in sepulchro immundū fuisse dicitur, & Angeli, qui cādidis vestibus vtebantur, mortuo cadaueri atque polluto, præbuerunt excubias? ¶ Non derelinquet Dominus sanctos suos: * In æternum conseruabuntur. ¶ Custodit Domin⁹

omnia ossa eorum, vnum vide collectos filios ex his non conteretur. tuos ab oriente sole vis In aeternum. *Lect. viii.* que ad occidente sunt. Super muros tuos Ierusalē cōstitui custodes. Et vide. Gloria Patri Et vide.

Lectio Nona dicitur de Homilia Feriae occurrentis

A D L A V D E S.

& per Horas, Ant.

Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi. *Psalm.* Dominus regnauit, *Cum reliquis. Ant.* Confortatus est principatus eorum, & honorati sunt amici tui Deus. *Ant.* Ipsi sunt sancti, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt, & in sanguine Agni lauerūt stolas suas. *Ant.* Benedicite Dominum omniselecti eius, agite dies lœtitiae, & confitemini illi. *Ant.* Prudentes Virgines, aptate vestras lappades: ecce sponsus venit, exite obuiam ei.

*R. Exurge Ierusalem, & sta in excelso & circumspice ad Orientem, * Et*

- Capitulum.** Ecce ego
Ioannes. *vt supra.* **v.** Exultabunt sancti in
gloria.
Hymnus.. **R.** Lætabuntur in cubi-
libus suis.
- I**Esu Saluator saceruli,
Redemptis ope subueni;
Et pia Dei Genitrix
Salutē posce miseris.
Baptista Christi præuius,
Et clauiger æthereus,
Cū cæteris Apostolis,
Nos soluant nexu cri-
minis.
Chorus sacratus Mar-
tyrum,
Confessio Sacerdotū,
Et virginalis castitas
Nos à peccatis abluāt.
Monachorum suffragia
Omnesque ciues Cę-
lici,
Annuant votis suppli-
cum,
Et vitæ poscant præ-
mium.
Laus, honor, virtus,
gloria,
Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula.
Amen.
- v.** Ad Benedictus, Antiph.
Omnia ossa mea dicēt:
Domine quis similis ti-
bi. *Orat.* Propitiare. *vt*
supra.
- Ad Tertiam, Antiph.**
Confortatus est. *Capitul.*
Ecce ego Ioannes.
- R.** breue. Lætamini in
Domino, * Et exultate
iusti. Lætamini. **v.** Et glo-
riamini omnes recticor-
de. Et exultate. Gloria.
- Lætamini. **v.** Exultent
iusti in conspectu Dei.
R. Et delectetur in læ-
titia.
- Ad Sextam, Antiph.** Isti
sunt sancti.
- Capitulum Apoc. 7.**
- P**Ost hæc vidi turbā
magnam, quam di-
numerare nemo potे-
rat ex omnibus gentib⁹,
& tribub⁹, & populis,
& linguis, stantes ante

thrōnum Dei , in cons-
pectu Agni , amicti sto-
lis albis,& palmæ in ma-
nibus eorum.
R. breue. Exultent iusti *
 In conspectu Dei. Exul-
 tent̄. Et delectentur in
 lētitia. In conspectu.
 Gloria Patri. Exultent.
¶. Iusti autem in perpe-
 tuum viuent. **R.** Et apud
 Dominum est merces
 eorum.

Ad Nonam, Ant. Pru-
 dentes Virgines.

Capitulum. Apoc. 7.

Benedictio , & clari-
 tas , & sapientia , &
 gratiarum actio , honor,
 virtus , & fortitudo Deo
 nostro , in sœcula sœculo-
 rum , Amen.

R. breue. Iusti autem , *
 In perpetuum viuent.
 Iusti. **¶.** Et apud Domi-
 num est merces eorum.
 In perpetuum. Gloria
 Patri. Iusti autem.
¶. Exultabunt sancti in
 gloria. **R.** Lætabuntur

in cubilibus suis.

Ad Vesp. Antiph. Nos
 autem. *Cum reliquis de-*
de Laudibus. Psalmus. Di-
xit Domin⁹. cum reliquis
de Dominica, & loco ulti-
mi , Psalmus. Credidi.
Capitulum. Ecce ego Io-
annes. Hymnus. Christe
Redemptor. ut supra in
primis Vesperis.
¶. Exultabunt Sancti in
 gloria.

R. Lætabuntur in cubi-
 libus suis.

Ad Magnificat, Antiph.
 Corpora sanctorum in
 pace sepulta sunt : & vi-
 uent nomina eorum in
 æternum. *Oratio. Propri-*
tiare.

DIE XXVI. MARTII.

In Eleuatione ss. Philippi
& Iacobi Apostolorum ,
Papuli mart. Silvii , Hi-
larii , & Honorati Ponti-
ficum & Gilberti Abba-
tis. Semiduplex.

Si hoc festum celebretur in
Quadragesima , Officium

dicitur ut sequitur.

Antiph. Non turbetur cor vestrum, neque formidet: creditis in Deum & in me credite: in domo Patris mei mansio-nes multæ sunt. ¶ In omnem terram exiuit sonus eorum. ¶ Et in fines orbis terræ verba eorum.

Oratio.

Ecclasiam tuamque sumus domine, Eleuatio pia Sanctorū Philippi & Iacobi, Papuli, Siluij, Hilarij, Honorati & Gilberti lætificet, vt quorum plebs tibi dicit implorat auxiliū, salutarem suæ petitionis cōsequatur effectum. Per. Ad Matutinum, omnia de Communi Apost. extra tempus Paschale, præter Lec-tiones quæ dicuntur ut in i. die Maij, sexta excepta.

Lectio vi.

Tanta autē erat Iacobi vitæ sanctitas, ut sumbriam vestimenti

eius certatim homines cuperet attingere. Nam is nonaginta sex annos natus, cum triginta an-nis illi Ecclesiæ sanctissime me præfuisse, Christum De Filiū constantissime prædicans, lapidibus pri-mum appetitur, mox in altissimum templi locū adductus, inde præcipi-tatus est. Qui confractis cruribus iacens semiui-uus, manus tendebat ad cœlum, Deumque pro illorum salute depreca-batur his verbis: Ignos-ce eis Domine, quia nes-ciunt quid faciunt. Qua in oratione, grauiter eius capite fullonis fuste percuesso, animam Deo reddidit, septimo Nero-nis anno, & iuxta tem-plum vbi præcipitatus fuerat, sepultus est. Vna scripsit Epistolam, quæ de septem Catholicis est. Cuius maxima pars corporis, vna cum ma-

xima etiā parte corpo- Ecclesiam tuam, ut supr.
ris sancti Philippi Apo- Deinde fit commem. Fe-
stoli, in Ecclesiam sancti riae occurrentis.
Saturnini delata est, ac Ad Horas Antiph. Lau-
tandem anno millesimo dum: quarta prætermissa,
quingentesimo decimo Capit. & Resp. brevia de
septimo, vigesima sex- Communi Apostolorum,
ta Martij eleuata est, vna Oratio ut supra.
cum corporibus sancto- Ad Vesperas, Ant. Domi-
rum Papuli martyris, Sil- ne ostende nobis. cum
uii, Hilarii, Honorati Pō reliquis de Laudibus. Psal.
tificū & Gilberti Abbatis, Dixit Dominus. cum re-
cuius hodie pia diuini liquis, ut in comm. Apost.
Officii, sub nomine Ele- Capitulum, Hymnus &
uationis, fit recordatio. ¶ ut in eadem communi.

*Nona Lectio de Homilia
Feriae occurrentis.*

*Ad Laudes, Ant. Domi-
ne, ostende nobis. Cum
reliquis ut in I. die Maii,
omisso Alleluya. Capitul.
Fratres, iā non estis hos-
pites. Hym. Exultet cœ-
lum laudibus. Annun-
tianerunt. Ut in commu-
ni Apostolorum.*

*Ad Benedictus, Antiph.
Ego sum via, veritas, &
vita: nemo venit ad Pa-
trem nisi per me. Oratio*

Ecclesiam tuam, ut supr.
Deinde fit commem. Fe-
riæ occurrentis.

Ad Horas Antiph. Lau-
dum: quarta prætermissa,
Capit. & Resp. brevia de
Communi Apostolorum,
Oratio ut supra.

Ad Vesperas, Ant. Domi-
ne ostende nobis. cum
reliquis de Laudibus. Psal.
Dixit Dominus. cum re-
liquis, ut in comm. Apost.
Capitulum, Hymnus &
¶ ut in eadem communi.

*Ad Magnificat, Ant. Si
manseritis in me, & ver-
ba mea in vobis māse-
rint quodcumque perie-
ritis, fiet vobis. Oratio
Ecclesiam. ut supra.
Deinde fit commem. Feria
occurrentis.*

*Si vero hoc festum cele-
bretur tempore Pasch. om-
nia dicuntur ut in I. die
Maii præter Orationem,
& cælestiones primi Noct.
qua leguntur de Scriptura
occur. & Lectione sex-*

tam, quæ dicitur ut supra. Comes à diocletiano Imperatore cōstitutus est.
DIE XXIII. APRILIS.

In festo sancti Georgii

Martyris. Duplex.

Oratio, vt in Breuiario.

*In primo Noct. Lectio-
nes. Fratres, Debitores
sumus. Ut in Communi
plurim. Mart. extra tem-
pus Paschale.*

In secundo Noct. Lectio. iv.

Georgius in Cappa-
docia, non obscu-
ro loco, & Christianis
parentibus natus, ac in
pietate, ab ipsa pueritia
institutus, patrē in cer-
tamine fidei pugnātem
amisit. E Cappadocia cū
matre in Palæstinā, vnde
erat oriunda; se trāstulit,
vbi multæ possessiones
ac ingēs erat hēreditas,
ob generis nobilitatem.
Cum iam corporis viri-
bus, ac ætate, ad militiā
aptus esset, & in bellicis
actibus se strenuū ostendis-
set, antequam Christianus
cognosceretur,

comes à diocletiano Imperatore cōstitutus est.
¶. Lux perpetua.

Lectio v.

Matre defuncta, in-
gētem pecuniam,
ex patrimonio vendito
collectam, pauperibus
elargitus est, & ad Imperatorē
profectus est. quo
tempore Senatus consul-
tum, de Christiana reli-
gione ab uniuerso orbe
tollēda, prodierat. For-
titer illi Georgius con-
tradixit, & se Christianū
esse palam confessus est.
Protinus in carcerem
missus, fereisque com-
pedibus vincitus, humili-
deictus est.

¶. In seruis suis.

Lectio vi.

Ecum in Iesu Christi
confessione constanter
perseueraret, nec à Præ-
fide impietatis, minis &
blanditiis adduci posset:
passim fertur à Scripto-

ribus Ecclesiasticis, eum *muni Confess. Pont.*
 plurima tormentorum genera perpeſſum esse. *In festo S. Germerii Episc.*
 Sed hoc de illo certissimum aſſerit: tandem,
Tolosani & Confessoris.
 gladio capite truncato, martyriū cōſummaſſe.
Duplex. Oratio.
 Cuius Reliquiæ, ab Orientē in Occidentē aſ-
 portatæ, multis in locis honorifice colūtur. Sed
 præcipua ipsarū pignora cum parte capitis, in Ba-
 ſilicā S. Saturnini, à Co-
 mite Guilielmo Taillefer delata, in theca mi-
 ro opere elaborata, reli-
 gioso cultu aſſeruantur.

Ex. Filiæ Ierusalem.

DIE I. MAII.

*In festo sanctorum Phi-
 lippi & Iacobi. Apostolo-
 rum.* *Duplex.*

*Omnia, vt notantur in
 Breuiario.*

In laudibus fit commem.
sancti Orientii Episc. &
*Conf. Ant. Euge ferue
 bone. v. Iustum. Oratio.*
Da quæſumus, vt in com-

DIE XVI. MAII.
In festo S. Germerii Episc.
Tolosani & Confessoris.
*E Xaudi Domine pre-
 ces noſtras: & inter-
 cedēte beato Germerio
 Confeffore tuo atque
 Pontifice, ſupplicatio-
 nes noſtras placatus in-
 tende. Per Dominum.*

*Deinde fit commem. S.
 Vbaldi Epifcopi & conf.*
*An. Euge ferue bone v.
 Iustum. Oratio. Da quæ-
 ſumus, de comuni Confef-
 ris Pont.*

*In primo Noct. Lect. de
 Scriptura occurrente.*
*Si vero venerit in Feriam
 2. vel 4. Rogationum; in
 primo Noct. leguntur Le-
 ctiones de comm. Confef-
 ris Pont. Fidelis sermo*

In ſecundo Nocturno.
Lectio iv.

*G*ermerius patria Ie-
*Grosolymitanus, du-
 etu diuino ſuis omnib⁹*

relictis , Dulcidio , ac
Pretioso viæ sibi comi-
tibus ascitis,Tolosam se
recepit. Ibi notæ sancti-
tatis fama sic demulxit
Tolosanorū ciuiū ani-
mos; vt vltro quæ ad vi-
ctum & vestitum necef-
saria sunt,affatim suppe-
ditarent.Ex quibus om-
nibus solebat Germeri⁹,
tertiam rerum omnium
quæ illi porrigebantur
partem,in usus pauperū
seponere,ad subleuan-
dam vtcūque illorum
egestatem.

R. Inueni Dauid.

Leet. v.

TOLOSA ad Xantonū
vrbem profectus, à
Xantonensi Antistite
Gregorio, Subdiaconatu
& Diaconatus sacris
ordinibus initiatur, qui-
bus,cum egregie defun-
geretur,admiranda cœ-
pit opera patrare. Nam
in arenti solo , precibus
ad Deum fusis, fons pe-

rennis scaturiuit, lepro-
sum mundauit, dæmo-
nes ex trium Energumc-
norum corporibus abi-
re iussit. Domus incen-
dium extinxit. Tot pro-
digiiis clarus , Parisios
Angeli iusu profectus
est, vbi Sacerdotalis &
Pontificalis dignitatis
characterem suscepit.
R. Posui adiutorium.

Leet. vi.

GERMERIUM Lutetia
Gabeuntem Clodo-
uæus Frâcorum Rex in-
clytus,aurea argenteaq;
supellestile copiosa do-
nauit. In territorio To-
losano si aliquid deside-
raret,obtulit liberaliter,
benedictione sancta ab
eo prius petita & impe-
trata. Vrbem subeunti,
plebs Tolosana magno
concursu,læta fronte, &
hilari vultu obuiā pro-
cessit. Ciues Tolosanos,
variis morbis affectos,
sanitati restituit.Sanctū

Saturninum cultu singulari prosecutus est. Demum bonorum operū cumulatus meritis, cum per triginta & sex annos, diuini verbi pabulo, vitæ exemplo, paternaque solicitudine gregem fouisset, discessit è vita, ad Murellum oppidum sepultus est, ubi ipsius ac sociorum Reliquiæ, religiose conluntur.

Bx. Iste est qui ante Deū.

In tertio Noct. Homilia in Euang. Homo peregre proficiscens, ut in communi confess. Pontificis.

Nona Lect. de S. Vbaldo Episc. & Confessore, ut in Breuiario, cum eius cōmemor. in Laudibus, Ant. Sacerdos & Pontifex. ¶ Amauit eum. Orat. Da quæsumus de communi Conf. Pont.

DIE XX. MAI.

In festo S. Hilarii Episc. Tolosani & Confessoris

Duplex. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui beatum Hilarium Confessorem tuū atque Pontificem, nobis æternę salutis dedisti ministrum; quæsumus, vt eius suffragantibus meritis pie-tatis tuae gratiam conse-quamur. Per Dom.

In primo Noct. Lect. de communi Confess. Pontif. Fidelis sermo.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Hilarius Tolosanae ciuitatis Episcop⁹, vitæ sanctitate conspicuus fuit & celebris. Sancti Saturnini primi Antistitis Tolosani ac Martyris, recordatione & studio tantopere capiebatur, vt post multum temporis, ab obitu sancti Saturnini, Pontificalis dignitatis insignia gestans, quod minus de-corum videbatur homi-

nibus, à Deo tamen honoratum, Saturnini corpus ipse Hilarius summo in honore habuerit, haberique voluit à populo Tolosano sibi credito & commendato.
¶ Inueni Dauid.

Lectione v.

QUAMOBRĒ cum ipsius reliquiae sub terram defossæ, multis annis delituissent, tanti Martyris sanctitatē miratus Hilarius, quod nullus ante tētare ausus fuerat, ipse aggressus est Terram enim effodi, ad ligneū usque sepulchrū sancti Saturnini mandauit, eius tamen sanctum corpus commouere nō ausus, lateritio opere, fornicis instar, ambiri tumulum curauit, & ad excitandam populi pietatem, iuxta sancti Martyris reliquias, ædiculā ligneam, orationis gratia superne extruxit.

¶ Posui adiutorium.

Lectione vi.

TANDEM Hilarius Pastorali munere diligenter perfunctus, vita mortali simul defunctus est. Cuius sanctum corpus anno ducentesimo supra millesimum apud sancti Saturnini fanum, in lapideo tumulo repertum est, ubi rursus conditum est, & trecennis postea & septēdecim annis inuentum in eodem tumulo plane integrum, & quod stupendū est, nullo squalore obsitum, sed ita luminosum & fulgidum, ut hoc pro summo miraculo omnes venerarentur.

¶ Iste est qui ante Deū.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangelium. Vigilate de Com. Conf. Pont.

In secundis Vesperis, fit commem. S. Bernardini.

DIE XXII. MAII.

In festo sancte Quiteriae

*Virg. & Mart. Semidupl.
Orat. Deus qui inter cæ-
tera. De communi Virgi-
num & Martyrum.*

*In 1. Noct. Lectiones de
Scriptura occurrente.*

*Si vero venerit in feriam
2. vel 4 Rogationum, in 1.
Noct. leguntur Lectio de
communi Virginum. De
Virginibus præceptum.*

*In secundo Nocturno.
Sermo sancti Maximi
Episcopi.*

Lect. iij. In Nat. S. Agn.

CVM in toto mundo
virgineus flos Ma-
riæ immarcessibiles co-
ronas innectat, & sce-
trigerā pudoris aulam
immaculato conseruet
affectu, eousque integri-
tas perseuerauit ad pal-
mam, vt in puellis tro-
phæum sanctitatis arri-
peret, & per vestigia ma-
tris Virginis ad cœlestē
thalamū perueniret. O
quam imitabile virginini-
bus, virgo Quiteria tui

amoris tradidisti exem-
plum ! ô quam sanctum
pectoribus dandum vir-
gineis tribuisti respōsū,

contēnendo mundi di-
uitias, execrando carnis
concupiscentias, & solā
Christi pulchritudinem
adamando.

¶ Propter veritatem.
Lectio v.

IDeo enim sanctorum
per litteras traduntur
exempla, vt vnuſquisq;
pro qualitate sexus, mo-
dū sui propositi teneat;
& sicut per virginē vir-
gines, ita per coniugem
coniuges, vincere sæcu-
lum pro Christi amore
studeant; ac repugnatio-
ne animi, mundi dulcia
recusantes, & eius non
recusantes austera, ad
delectationes perpetuas
& ad gaudia eterna per-
tingant. Hæc dicentes,
non vituperamus con-
iugum casta commercia
sed virginum perseue-

- rantiam adornamus. laborū tradidit palmā.
R. Dilexisti iustitiam. **R.** Afferentur Regi.
- Lectio vi.*
- V**Eni iam virgo ad thalamum quem quæsisti, vt sponsam te virginitas immaculata comprobet Christi. Felix caterua virginū, quibus studiū est tuæ sequi cōfessionis vestigia. Habebunt enim tecum coronam in cœlo, quæ tecum superauerunt inimicum in mundo. Nam sicut tibi vestigia Mariæ prosequēti participatio æternæ remunerationis apparuit; ita eis te imitatisbus æterna credim' gaudia non negāda. Itaque ô splendida Christo Dei Filio, & omnibus Angelis atque Archangelis grata, vt nostri me minisse digneris, quib⁹ possimus precibus exoramus: vt nobis ille tribuat indulgentiam, qui tibi tuorum omnium
- laborū tradidit palmā.
R. Afferentur Regi.
- In tertio Noct. Homilia in Euangeliū. Simile est regnum cœlorum decē virginibus, vt in communi virginum.*
- D I E XXVII. M A II.**
- In Eleuatione corporis sancti Barnabæ Apostoli.* Semiduplex si hoc festum venerit tempore Paschali, omnia dicuntur vt in comm. Apostolorum tempore Paschali præter hic annotata.
- Oratio. Vt in die II. Iunii.*
- Et fit commemorationis S. Ioannis Papæ & mart. per Ant. Filiæ Ierusalem. V. Pretiosa. Oratio, vt in Breuiario.*
- In I. Noct. Lectiones de Scriptura occurrente.*
- Si autem venerit in Feriā 2. vel 4. Rogationum, in primo Noct. leguntur Lect. vt in eius festo II. Iunii.*
- In secundo & tertio nocturno lectiones vt in dicta*

die II. Junii, præter sex-
tam infra descriptam.

Lectio vi.

CVm autem Antio-
chiaæ in Ecclesia, cū
ceteris Prophetis & Do-
ctoribus, Paulus & Bar-
nabas in ieiunio & ora-
tione Domino deserui-
rent, dixit Spiritus san-
ctus : Segregate mihi
Saulum & Barnabam in
opus, ad quod assumpsi
eos. Tunc ieiunantes &
orātes, imponentesque
eis manus, dimiserunt il-
los. Itaque Seleuciā ve-
nerunt, inde in Cyprum:
ac multas præterea vr-
bes regionesque, prædi-
cantes Euangeliū sum-

ma cum audientiū utili-
tate, peragrarunt. Postre-
mo Barnabas digressus à
Paulo, vna cum Ioanne,
qui cognominatus est

Cyprum: ibique circiter

Apostolici muneris lau-
dem, martyrii coronam
adiunxit. Eius corpus
Zenone imperatore re-
pertum est in insula Cy-
pro; ad cuius pectus erat
Euangelium Matthæi,
Barnabæ manu cōscrip-
tum. Quod postea dela-
tum est in Ecclesiam san-
cti Saturnini, ac tandem
anno millesimo sexcen-
tesimo septimo, vigesi-
ma septima Maii, mag-
na solemnitate in capsâ
argentea, voto Ioannis
Daffis Episcopi Lumba-
riensis affixa, conditum
est: cuius hac die solem-
nitatis pia memoria re-
colitur.

*Nona Lectio legitur de S.
Ioanne Papa & Martyre,
ex duabus fiat vna; cū
eius commem. in Laudibus
Ant. Lux perpetua v. Sā
Marcus, nauigauit in
Eti & iusti. Oratio vt in
Breuiario.*

*Si vero prædictum festum
celebretur extra tempus
Paschale*

Paschale omnia dicuntur ut in die II. Iunii, præter Lectiones primi Nocturni, sextam, & nonam, quæ dicuntur ut supra, cum commem. sancti Ioannis Papæ & mart. in Vesperis & Laudibus, Ant. & v. Vt in communi vnius Martyris extra tempus Pasch. Oratio ut in Breuiario.

DIE XXXI. MAII.
In festo sancti Silvii Episc.
Tolosani & Confess. Dupl.

*Oratio. Da quæsumus,
ut in commu. conf. Pont.*

*In primo Noct. lectiones
Fidelis sermo, de communi
confessoris Pontificis.*

In secundo Noct. Lect. iv.

*S*Iluius Episcopus Tolosanus, beati Hilarii antecefforis sui præclaris vestigiis insistēs, suū, populique studium erga sanctum Pontificem Saturninum fuit plurimum, ac promouit. Cum enim animaduerteret frequentia fideliū

sepulchra iuxta sācti Saturnini sepulchrum extrui, veritus ne post tēpus aliquod, præ sepulchorum multitudine, dubii aliquid suboriri posset de ipsius sancti Saturnini sepulchro, secum serio de exportandis, atque alibi honorificentius collocandis tanti Martyris reliquiis, cogitare cœpit.

v. Inueni Dauid.

Lectio v.

*Q*Vapropter coacer-
quatis & collectis vn-
dique multis pecuniis,
magnis sumptibus & im-
pensis, Templi Tolosa-
ni, non quale nunc est,
nam posterioribus se-
culis in hāc magnitudinē,
in qua cernitur, exstruc-
tum est; sed qualiscun-
que fundamenta iecisse
dicitur, & ex parte ædi-
ficasse. Ad fastigium ta-
men perducere non po-
tuit morte interceptus.

Quare illud inchoatum, pli parte, quæ sancti Saturnini monumento , suo successori perficiendum reliquit. Is fuit sanctus Exuperius, qui templo illud non modo absoluit, sed in illud etiā sancti Saturnini beata pignora , magna cum veneratione deportanda curauit.

R. Posui adiutorium.
IPSIUS Siluii tumulus , in prænominato templo, non paucis post sæculis repertus est, anno scilicet millesimo ducētesimo sexagesimo quinto , nonis Octobris. Inuenta quoque sunt in eodem loco sepulchra sancti Papuli Martyris , & sanctorum Honorati, & Hilarii Tolosanorum antistitum. Ex illis tunc educta sunt horum quatuor Sanctorum corpora , & in monumentis aliis , extra humum effossam superius excitatim , composita, in ea tē-

turnini monumento , seu facello subest.

R. Iste est qui ante Deū. *In tertio Noct. Homil. in Euangel. Homo peregre, de communī Conf. Pont. In Laudibus fit commem. sanctæ Petronillæ Virginis.*
Ant. Simile est regnum cœlorum. **V**. Diffusa est,
Oratio. *Vt in Breuiario.*

DIE XIV. IVNII.

In Translatione S. Exuperii Episcopi Tolosani & Confessoris. Duplex. Omnia de communī Confessoris Pontificis , præter ea quæ sequuntur.

In Hymno , Iste Confessor , dicitur Hodie latus meruit supremos laudis honores. Oratio.

EXaudi quæsumus Domine preces nostras , quas in B. Exuperii Confessoris tui atque Pontificis , annua reliquiarum translatione deferimus : & qui tibi

digne meruit famulari, sursum ascendentem vi-
cius intercedentib^z me-
ritis, ab omnibus nos
absolue peccatis. Per.

Deinde fit comm. sancti Antonii, Antiph. Hic vir
despiciens mundū. *¶ Iu-*
stum deduxit. Oratio. Ut
in Breuiario.

In primo Noct. Lect. de
Communi Confessoris Pont.
Fidelis Sermo.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Exuperius Tolosan^z
antistes, beati Hieronymi præconiis num-
quam satis laudatus, cū
ab æstu curarum secula-
riū, ad solitudinis quie-
tem se contulisset, Blag-
naci quod est prope To-
losam, morbo laborans,
antequam mater, quam
æger venire rogauerat,
Blagnacum attingeret,
emisit spiritū, quæ cum
anili gradu ad filium ire
festinat, Exuperii animā
inter choros Angelorū,

sursum ascendentem vi-
det. *¶ Inueni Dauid.*

Lectio v.

Mater igitur cum
filiū vita functum
inuenisset, eum Blagna-
ci sepeliuit, vbi cum per
centum circiter annos
iacuisset, de Exuperii se-
pulchro nullum ampli^z
verbum siebat; donec in
eo loco domunculam
ædificauit agricola qui-
dam, in qua cum de no-
cte inter dormiendum
semel, iterum, ac tertio
monitus esset quam pri-
mum de lecto surgeret,
nefas enim illi ibi decū-
bere, vbi beati Exuperii
ossa veneranda requies-
cerent. Quare experre-
ctus cum festinatione
Tolosam properat, cle-
roque quid contigerit,
enarrat.

¶ Posui adiutorium.

Lectio vi.

Non contempserūt
hanc visionē s.a.n.

Etisaturnini Cœnobitæ, Exaudi, ut in Breuiario.
 qui magno populi con- Fit præterea commemor.
 cursu supplices ad locū sanctorum Viti & sociorū
 accedunt, & humum ef- Mart. ut in Breuiario.
 fodunt. Exuperii sacrū DIE XVI. IVNII.
 corpus inuentum subli- In festo ss. Quirici & Iu-
 me tollunt, Tolosam littæ Martyrum. Duplex.
 eodem populo frequen- Orat. Deus qui nos con-
 ticomitante, deportant, cedis, ut in communi plu-
 illudque honorificētio- rimorum Martyrum.
 ri tumulo, cum hymnis Deinde fit commem.s. Ba-
 & laudibus recondunt. silii Antiph. O Doctor.
 Quamobrem ne tanti & Iustum deduxit. Orat.
 beneficij Tolosanos ci- Exaudi quæsumus. Ut in
 ues aliquando caperet Breuiario.

In primo Noct. Lectio-

nes de Communi plurimorum
 Martyrum. Fratres, De-
 bitores sumus.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

In terrio Noct. Homilia in Euang. Homo peregre de Communi Confes. Pont. In secundis vesp. fit com- memoratio S. Basili, An- tiphona. O Doctor optime. &. Amauit eum. Oratio. Da quæsumus. de Communi Confes. Pont. Cris Vero dicitur Oratio.

Vlitta Iconii in Lyca- tonia illustri genere na- ta, nupsit nobili viro eiufdem ciuitatis indi- genæ; ex quo filium uni- cum cœlo & solo edidit. Hunc sacro baptismatis fonte regeneratū, Qui- ricum nominauit. Nec

multo post , marito defuncto , Iulitta vere vi-
dua remanens , pudici-
tiæ & continentiaæ suæ
reliquos dies Christo de-
uouit , transigitque om-
nis labis ac suspicionis
expertes . Cumque in fi-
lio quoad humana tota
spem collocasset , illum
propriis vberibus allat-
atum Deo cōsecrauit .
Domitiano Præside sub
Diocletione Christianos insectante , Iconio
fugiens , Seleuciam Iu-
litta cū filio se recepit .
Sed nec ibi diu licuit de-
litescere , Alexandro
enim administrationem
Prouinciæ sortito , Tar-
sum Ciliciæ cum Quiri-
co trienni nauigare cō-
pellitur .

B. Sancti tui Domine
mirabile . *Lectio v.*

Quo itidem imma-
nis Alexander , hos
ad huc fugientes profe-
quitur . Sistere iubetur

Iulitta , obstat intrepida ,
& se Christianā euiden-
ter profitetur . **Quiricus**
puerulus vlnis mater-
nis auulsus , cum matrē
neruis dirissime cedi vi-
deret , in fletus adeo vbe-
res erupit , vt nullo mo-
do vnquam placari po-
tuerit . Præses idcirco
furore excandescens ,
in sublime manibus ere-
ctum infantem , ex alto
tribunali , in subiectos
gradus marmoreos illi-
dens , enecuit . Iulittam
vero ex ligno suspēsam
pectinibus ferreis iubet
dilaniari , eiusque mem-
bra liquata pice perfun-
di . Hæc illa inuicto ani-
mo perferens , in Chri-
sto se velle mori procla-
mans , feliciter martyrii
sui cursum capit is ob-
truncatione impleuit .

B. Verbera carnificum .

Lect. vi.

MEmoriæ proditū
est , horum sācto-

rum Martyrum corpora, in Gallias olim sub Honorio Imperatore fuisse translata, per sanctum Amatorem Episcopum Antissiodorensē cum in Orientem peregrinatus esset. Sed postmodum, ambitiosa populorum petitione dispertita, plurimas regni Christianissimi Ecclesias nobilitarunt, quæ tantorum Cœlitū reliquiis adhuc gloriantur. Sed in primis Basilica sancti Saturnini, vbi præcipua ipsorum pignora multis retro saeculis sunt deposita, hoc decore maxime commendatur.

R. Tamquam aurum in fornace.

In tertio Nocturno Homilia in Euangelium. Descendens Iesus de monte, de Communi plurimorum Martyrum.

DIE XXI. IVNII.

In festo sancti Raymundi

Episcopi & Confess. Dupl. Orat. Exaudi quæsumus Domine, de Communi Confess. Pontif.

In primo Noct. Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lect. iv.

R Aymundus ad Tolosā, in finibus Conseranorum natus, Eliā è Franciæ Regum prosperia habuit patrem, cuius cura, liberalibus pri-
mum disciplinis instru-
ctus: mox castris addi-
ctus est. Sed posthabita
seculari militia, diuinæ
nomen dedit, in Eccle-
sia sancti Antonini Apa-
miarum. Sic mundi pō-
pis exutus, Christi pau-
pertatem induit; reli-
giosum secutus institu-
tum. Tanta virtutū lau-
de floruit; ut sancti Sa-
turnini Tolosæ Canonici Regulares, eum in Ab-
batem expetierint: vo-
cantem huc Deum secu-

tus est. Acceptata Pasto-
rali sollicitudine, humi-
litatē, mansuetudinem
sic coluit, vt suis potius
seruierit, quam impera-
uerit. Inde, virtutū eius
odor vltra Pyrenæos
montes diffusus, Barba-
stem vsque Aragonum
vrbem peruenit; quo
factum est, vt cleri, po-
pulique suffragiis, huius
ciuitatis Præfcul electus
fuerit.

R. Inueni Dauid.

Lectio v.

CLeri suffragia po-
pulique vota, ad
Petrum Aragonum Re-
gē perlata sunt, quibus
statim subscripsit, mox-
que ad Raymundum le-
gatum misit. Paruit de-
uotus Abbas; sed Rege
Petro, ad quem perge-
bat defuncto: Alphon-
sum successorem adiit, à
quo benigne exceptus,
Pastorale officium subi-
re coactus est. Suscepta

igitur animarum cura,
viuendi licentiam refre-
nauit; templa Maurorū
strage diruta restaurauit
canonum leges abrogata-
tas restituit. Sed cūm
Principes liberius repre-
henderet, apud Rothen-
ses, artibus cuiusdam
Episcopi qui Barbasten-
sem sedem tētabat, exu-
lare iussus est. Verum, à
Canonicis Ecclesiæ Ro-
thensis acceptus, regi-
men illorum suscepit;
quo in munere sic Deo
se mancipauit, vt cœle-
stem vitam in terris du-
xerit.

R. Posui adiutorium.

Lectio vi.

SVmmus Pontifex, in-
Siuriam exilii insonti
Præfuli illatam, non su-
stinenſ; Oscæ Episco-
pum, criminis exilii cōſ-
cium, anathemate per-
cussit. Qui licet resipis-
cens, diuina agente iu-
ſtitia, à ſicariis peremp-

tus est. Quod Rex Alphonsus audiens , Raymundum citius ab exilio reuocauit : & in infideles cum exercitu procedens , tantum comitem sibi adiunxit. Nec frustra ; nam cius precibus , hostes fugati delelique sunt. Rex vero, potitus victoria, dum tanto mili i stipedium non vile parat ; Christus in cœlo aeternum donauit. Defuncto igitur sancto Præfule , Rex allachrymatus est : & cum multis clareret miraculis , eius tumulū multis ornauit donariis.

R. Iste est qui ante Deū.

In tertio Noct. Homilia in Euangelium. Vigilate, ut in communi Confessoris Pontificis.

In secundis Vesperis fit commem. sancti Paulini.

DIE XXV. IVNII.

In Translatione S. Saturnini Protopræfulis Tolosani

& Martyris, Ciuitatis & Ecclesiæ Patroni. Dupl. Omnia de Communi vnius martyris, exceptis quæ hic propria notantur. Oratio.

Deus , qui nos beati Saturnini martyris tui atque Pontificis , sacris concedis pignorib⁹ perfaci , eius nos tribue meritis adiuuari. Per Dominum.

In primo Noct. Lectiones de Communi vnius Martyris Pontificis. A Mileto.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Mansit aliquandiu sub vili cæspite, ab hominibus quidem inhonoratum , sed honoratum à Deo, sanctissimi Martyris atque Pontificis Saturnini corpus. Donec sanctus Hilarius , post multum temporis Tolosanæ plebis creatus Episcopus, de antecessori sui obitu instructus: effossa usque ad sepulchrum

chrum ligneum terra , ris , è viuis sublatus est.
 sanctas metuens cōmo- Post cuius obitum, san-
 uere Reliquias, lateritio ctus Exuperius in Præsu-
 opere , fornicis instar , lem Tolosatum coop-
 ambīri tumulū curauit. tatus , Ecclesiam, quam
 Et ad excitandam popu- prædecessor suu incho-
 li pietatem , iuxta san- auerat, instatissime con-
 etissimimartyris corpus, summauit , & fideliter
 ædiculam ligneam ora- dedicauit.
 tionis gratia extruxit.
R. Honestum fecit illum

Leetio v.

Procedente tempo- re , cum multorum corpora fidelium , pro solatio animarū quiescendi causa , prope sacras tanti Martyris Reliquias deferrentur ; iamque locus omnis tumulorum corporū multitudine , esset plenus : sanctus Siluius Episcopatum Tolosanæ ciuitatis adeptus , spatiostam Basilicam , magnis sump tibus , ad transferendos illuc venerados cineres , parare incœpit . Sed ante consummationē ope-

Post cuius obitum, san- ctus Exuperius in Præsu- lem Tolosatum coop- tatus , Ecclesiam, quam prædecessor suu incho- auerat, instatissime con- summauit , & fideliter dedicauit.

R. Desiderium animæ eius. *Leet. vi.*

Q Vi cum transferre Martyris corpus , nō pro sua incredulitate , sed pro ipsius honore dubitaret ; admonitus est per quietem , ne infideliter negligeret quod fidelibus profuturum crediderat ; & hoc Martyribus proficere ad honorem , quod pro desset credentibus ad salutem . Statim tali visione confirmatus , id quod tam pie desiderauerat impleuit : transtulitque ad Basilicam tāto studio preparatam Præfulis Saturnini ossa veneranda.

Vbi ad hanc usque diem
quiescunt & asseruantur.
Quæ pignora ciuiū Tolosanorum pietas, magna solemnitate, theca argentea venerata est, anno millesimo ducentesimo octogesimo tertio, die vigesima quinta Iunii; qui dies quotannis, pia officii diuini recordatione, sub nomine Translationis sancti Saturnini recolitur. .

Be. Stola iucunditatis.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangelium. Designauit Dominus. ut in Communi Euangeliſtarū.

B. 7. Corona aurea.

B. 8. Hic estuere Martyr.

In secundis Vesp. fit commemoratio SS. Ioannis & Pauli, tantum.

DIE III. IULII.

In festo sancti Raymundi Confessoris Ecclesiae sancti Saturnini Canonici. Dupl. Oratio. Adesto Domine, de Comm. Conf. non Pont.

In primo Noct. Lestiones de Script. occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

RAymundus Tolosas illustri genere natus, à pueritia totū sediuīto culti applicuit: & post litterarum exacta tyrocinia, à parentibus (vt moris erat illius temporis) Ecclesiae sancti Saturnini obsequio additus est. Qui postmodū lubricum timens aetatis, casto se adiunxit connubio. In quo cum vixisset irreprehensibilis, defuncta vxore, Apostoli secutus consilium, aliam querere noluit. quinimo strictæ continentia virtutem amplexus, carnem spiritui subdidit; bona pauperibus elargitus est: ægros & quousquis afflictos benigne fuit: etiam ipsos Iudeos à pietatis suæ officiis non exclusit.

R. Honestū fecit illum.

Lectione v.

Domum apud Tolosam ædificauit, quam tredecim pauperibus clericis attribuit, redditibusque dotauit. Casus etiam miseratus eorum, qui peregrinationis causa ad hanc urbem confluebant: cum enim in gurgite fluminis Hericii mergeretur, idcirco duos super illud pontes construxit. Nec illis exhausta est adhuc sancti viri pietas; si quidem sancti Saturnini, cuius à puero cultor fuerat studiosissimus, Basiliacā vetustate collapsam instaurari curauit: eiusque molem intra tredecim annos fere usque ad fastigium perduxit.

R. Amavit eum Dñs.

Lectione vi.

Verum satis non es-
se ratus sua Deo

offerre: totum se Christo dare voluit, in ipso sancti Saturnini claustro vbi sacræ religionis Canonicon Regularium regulam amplexus, ita omniū virtutum laude claruit, ut plures tanti viri exemplo commoti, fugitiua mudi deserentes, ad religiosi propositi tranquillitatem con fugerint. Et cum virtutibus esset cumulatus: tandem morbo laboribus que fracto corpore, anno millesimo centesimo quinquagesimo nono, cælestem patriam adeptus est. Mortuus est in hospitio quod ipse fundauerat, ibique corpus sanctum repositum est, & ad hunc usque diem claret miraculis. Inter quæ præcipuum recolitur; quod luem pestis Tolosanam sedauerit. In cuius monimentum, ci ues Tolosates, in thecis

argenteis voto affixis, premos laudis honores,
ossa & caput protectoris In primo Noct. Lect. de
condiderunt, anno Do- Scriptura occurrente.
mini millesimo sexcen-
tesimo quinquagesimo
sexta.

R. Iste homo perfecit.

*In tertio Noct. Homilia
in Euangeliū. Nolite ti-
mere pusillus grex. de
Communi Confessoris non
Pontificis.*

*In Laudibus fit commem.
Octauæ Apostolorum, An-
tiph. Gloriosi. ¶ In om-
nem terram. Orat. Deus
qui hodiernam diem. ut
in Breuiar.*

*In secundis Vesp. fit com-
mem. sanctæ Elizabeth, &
Octauæ Apostolorum.*

DIE VII. I V L I I.

*In festo sancti Martia-
lis Episc. & Conf. Semid.
Ora. Da quæsumus om-
nipotens Deus. deCom-
muni Conf. Pontificis.*

*Ad Matutinū in Hym-
no, Iste Confessor dicitur,
Hodie latus meruit su-*

*In secundo Nocturno.
Lectio iv.*

Martialis Christi discipulus, proto-martyris Stéphani perhibetur consanguineus, à Petro Apostolo baptizatus, cum eo Romam profectus, ab eodē missus in Gallias, cum Alpiniano & Austricliniano, Lemouicis Pontifex sedet. Eam ingressus ciuitatē phrenetico mentem restituit, Susannam ac Valeriam eius filiam, cum aliis sexcentis ad Christum adduxit. Quarum gratia cum in Gentiliū inuidiam & odium incurrisset, multis verbibus affectus truditur in carcerem. Sed ex colibato ab Angelo, sacrificulis idolorum de cœlo tactis, duodecim hominum millia baptis-

mum suscepereunt.

¶. Inueni Dauid.

Lect. v.

Non modo Lemo-
niicensibus Martia-
lis, sed Tolosanis, Bur-
degalensibus, Cadurcis,
& aliis, qui à Rhodano
flumine in Oceanū ver-
gunt populis, beneficia
salutis & sanitatis præsti-
tit. Vnde variis Cōciliis
ac summi Pontificis etiā
oraculo nomen Aposto-
li asscutus est, in Aqui-
tania præsertim in qua
multos Episcopatus dis-
posuit. Virgini quippe
Deiparenti Aruernam,
Vallauensem, Gabalita-
nam, atque Ruthenem-
sem Ecclesiam; Stepha-
no Martyrū primicerio
Tolosanam, Bituricen-
sem, Petracoricensem,
Caturcinā, Aginnēsem
ac Lemouicensem: Pe-
tro Apostolorum Prin-
cipi Pictauensem, Xan-
tonensem, & Engolis-

mensem: Andreæ Apo-
stolo Burdigalensem de-
dicasse fertur, & Sancti
Stephani Tolosanā ædē
eiusdem protomartyris
sanguine consecrasse.
¶. Posui adiutorium.

Lectio vi.

Sanctæ Valeriæ Le-
mouicēsi puellæ vir-
ginitatem persuasit, cu-
ius gratia cum fuisset ca-
pite minuta, caput abf-
cissum ad Martialē Mis-
sæ sacrificium celebra-
tem detulit ipsa virgo.
Ad Tolosanos & Burde-
galenses Epistolę nomi-
ne Martialis circumfe-
runtur. Nudis pedibus
comitatus Angelis ince-
debat, pane & aqua vi-
tam tolerabat, Petrum
Apostolum æmulatus.
Viuendi finem fecit ter-
tio Vespasiani anno,
Christi autem septua-
simō quarto. Ispuer fuis-
se perhibetur de quo An-
dreas Christo pronun-

70
ciauit; Est puer hic ha-
bens quinque panes &
duos pisces.

R. Iste est qui antedeum

*In tertio Noct. Homilia
in Euangeliū. Homo
peregre proficiscens, vt
in Communi Confess. Pont.
DIE VIII. IV LII.
In Dedicacione Eccl. sancti
Satur. ab Vrb. II. consecra-
tæ, anno 1097. Duplex.
Omnia vt in Communi De-
dicationis Ecclesiæ.*

*In primis Vespa. non fit
commem. S. Martialis.*

DIE XII. IV LII.

*In festo sancti Honesti
Confessoris Discipuli B. Sa-
turnini. Duplex.*

*Oratio. Deus qui nos
beati, de Communi Con-
fessoris non Pontificis.*

*In primo Noct. Lectiones
de cōmuni Confessoris non
Pont. Iustus si morte.*

In secundo nocturno.

Lectio iv.

Sanctus Saturninus
Tolosam properans,

cum Papulo collega suo
& Honesto tyrunculo;
quem vt alter Elias Eli-
seum, de boum cura &
aratro ad diuinę obeun-
da gratiæ munera, qui-
bus coelitus destinatus
erat, euocauit. Idcirco
cum per aliquod tem-
pus, Tolosæ Honestus
Euangelio vacasset, ex
tyrone factus magister,
sacerdotio condecora-
tur à suo Præfule Satur-
nino, mittiturque ab il-
lo Pampilonā; vbi adeo
mirifice de vera religio-
ne prædicauit, vt aliquos
ex Patriciis ac Senatoria
dignitate fulgentes, ad
fidem Christi conuerter-
it; qui illum sciscitan-
tes de suo magistro, cum
mira de ipso pronūtias-
set, eum toto animo au-
dire cupierunt.
R. Honestū fecit illum.
Lectio v.
Quamobrem Hone-
stus præuidens abū-

dantem paratam esse messem, Tolosam reuer- titur, certiorem facturus sanctum Saturninum, de illis quę Pampilonæ cue nerant. Quibus auditis, cum ardens esset salutis animarū zelus in sancto Pontifice, Pampilonam petere decreuit. Idcirco sancto Papulo Tolosæ relicto, cum suo Honesto, noua diuini verbi dissemination concepta, prætereundo Nouem populanam fidei splendore illuminauit. Tandem Pampilonā reuersi hi duo verbi diuini præcones, miraculis prædicationem comproban tes, intra triduum quadraginta millia Gentiliū ad fidem Christi conuer terunt.

¶. Amavit eum Domin⁹

Lectio vi.

Inter primos fuere Firminus & Firminus eius filius, qui postea fuit

Ambianensis Episcopus, Faustus & Fortunatus Senatores, qui tunc sacro baptismatis fonte abluti sunt. Posthæc Tonnerant. letum inuicem venientes, opus Christi per biennium exequuntur. Verum, audita morte sancti Papuli, vigilantissimus Pastor Saturninus Tolosam pergit, Tole tique reliquit Honestū. Sed paulo post cum au disset, per martyriū è vi uis sublatum esse suum magistrum, ad nouum Præfulem Honoratum veniens; illum ad pia Orientis loca visitanda secutus est. Denique reuersus, senio & laboribus confectus, obdormi uit in Domino. Cuius caput in Ecclesia sancti Saturnini, in capsula argentea conditum, magna veneratione colitur.

¶. Iste homo perfecit.

In tertio Nocturno, Ha-

*milia in Euangelium. Sint cœlorum. ¶ Lætamini
lumbi vestri præcincti , in Domino. Oratio. Pre-
de Communi Confessoris sta quæsumus Domine.
non Pontificis. Ut in Breuiario.*

*In Laudibus fit comme-
moratio sanctorum Nabo-
ris & Felicis martyrum.*

*Antiph. Vestri capilli ca-
pitis. ¶ Exultabunt.
Oratio, ut in Breuiario.*

*In secundis Vesp. fit com-
mem. sancti Anacleti ,
tantum.*

DIE XXIX. IV LII.
*Infesto sancti Lupi Episc.
& Confess. Duplex.
Oratio. Exaudi quæsum⁹
Domine preces nostras.
de Communi Confessoris
Pontificis.*

*Deinde fit commem. SS.
Nazarii, Celsi, &c. An-
tiph. Gaudent in cœlis.
¶ Exultabunt. Oratio.
Sanctorū tuorū nosDo-
mine. Ut in Breuiario.*

*Postea SS. Felicis, Sim-
plicii, Faustini, & Bea-
tricis martyrum, Antiph.
Istorum est enim regnū*

*cœlorum. ¶ Lætamini
in Domino. Oratio. Pre-
sta quæsumus Domine.
Ut in Breuiario.*

*In primo Noct. Lectiones
de Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectione iv.

Lvpus nobili familia
in Leucorum oppi-
do natus; patrem habuit
Epitochium: quo defun-
cto , Alistichio pâtru-
suo traditur ; cuius ope-
ra studijs litterarū adhi-
bitus , breui tantum in
Rhetorica profecit , vt
florentis eloquii fama
per prouincias claruerit.
Verum ætate qua nube-
re debuerat , despondit
sibi Pinreniolam sancti
Hilarii Arelatensis foro-
rem; qui duo coniuges,
cum ad septimum con-
iugii annū deuenissent
mutuo consensu curis se
secularibus subtraxerūt.
Mox vir pius adiit Ho-
noratum Abbatem Liri-
nealem

nensem, cuius se instituto subiiciens per annum, carnem spiritui subdidit. **Quo** transfacto, ad urbem Matisconensem pergens vendidit patrimonium, pecuniamque ex eo redacta pauperibus elargitus est. Sicque cum magni nominis esset apud populos, beato Vrso è viuis sublato, cleri populique suffragiis, ne quidē cogitans immo rēnuens, Trecensis Episcopus factus est.

R. Inueni Dauid.

Lectio v.

Primordia prēlature ipsius fuere illustria, tam in instituēda plebe, quam in clero reformādo. Verum exacto bienio, cum sancto Germano Antissiodorensi ex mandato summi Pontificis, ad extirpandā hæresim Pelagianam, in Britanniam pergere ius-

sus est. Qui duo viri apostolici, cum fere tota britania hac lue laboraret, illam breui, tum verbis, tum miraculis, ad verā fidei confessionē redegerunt. Sed postmodum reuersus ad suos; cum Hunni totam Galliam deuastarent, & ad yrbē Trecensem deuenissent; à furore Attilæ, fusis Deo precibus, plebem defendit. Quod immane flagellum Dei, altiori sensu suspiciens, obnixe deprecatus est sanctū Præfulem; yt pro sui ipsius exercitusque salute, preces ad Deum funderet.

R. Posui adiutorium.

Lectio vi.

Verū per quinquaginta duos annos sacerdotio venerabiliter functus; habuit pro veste cilicium: pro lectulo tabulam: alternis noctibus mansit pēruigil in oratione. Bi duo sēpe

ieiunans , fletibus ora capilli. ¶ Exultabunt.
 rigauit : Sabbatumque omne pane hordeacco transmisit: redditus omnes pauperibus, vel captiuis redimēdis impendit. Quamobrēm , tantū illi honorē prestabāt mūdi Proceres & Reges; vt Rex Gebaltus, litteris ab eo receptis, statim Brionnēses libertati restitu erit. Habuit illustres discipulos; sanctitate, doctrina & miraculis claros. Inter quos fuere sanctus Polychronius Virdunēsis: sanctus Seuerus Treuirensis : & sanctus Albinus Catalaunensis , Antistites. Tandem plenus meritis, & senio cōfectus , in pace quieuit. ¶ Iste est qui ante Deū.

In tertio Noct. Homilia in Euangelium. Vigilate, de communi Confess. Pont.

In Laudibus fit comm. SS. Felicis, Simplicii &c. martyrum. Antiph. Vestrī

Oratio. Ut in Breuiario. In secundis Vesp. fit cōmem. sancte Marthæ.

Postea sanctorum Abdō & Sennen Martyrum.

DIE XVI. AVGUSTI. In festo S. Rochi Conf. Dupl. Oratio.

Deus, qui es glorio sus in Sanctis tuis, & cunctis ad eorum patrocinia confugientib⁹, petitionis suæ salutare praestas effectum : concede plebi tuæ, vt intercedente Beato Rocho Confessore tuo , cuius celebritate se deuotam exhibet, à lāguore pestis epidimiæ sit libera , & tuo nomini maneat semper deuota. Per Domum.

In primo Noct. Lectio nes de Scriptura occurr.

In secundo Nocturno.

Lect. iv. IOannes & Libera parentes quidem Nobi-

Ies, sed iam senio pene
confecti, beatæ Virgi-
nis Deiparæ patrocinio
apud Montem pessulanū
Rochum filium à Deo
impetrarunt, nullis an-
te suscep̄tis liberis. Is in
lucem editus, Crucis
charactere purpureo, in
sinistro latere insignitus
deprehenditur. Matrem
habuit piam & sanctam
feminā, quæ feria quar-
ta & sexta semel in die
cibum sumebat, quam
Rochus imitatus, non
nisi semel iisdem diebus
vbera sugebat. Vbi au-
tem adoleuit, paupertatis
studio suis rebus va-
lere iussit, & in Italiā
peregrini habitu profe-
ctus, multos peste labo-
rantes, signo Crucis à
morte vindicauit.

R. Honestum fecit illū.

Lectio v.

Ipse verò qui multos à
morbo insanabili libe-
rauerat, ab eodem pe-

ne oppressus, in siluam
se abdidit, vbi diuinum
(humano deficiente)
præsidiū illi non defuit.
Singulis enim diebus,
canis ad Rochū panem
deferebat. Vbi autē con-
ualuit & vires recepit, in
patriam reuersus est. Il-
la cum bellorum incen-
dio tota arderet, à suis
minime agnitus, velut
explorator in vincula
coniicitur. Ibi post quin-
quennium situ ac pædo-
re obsitus, è vinculis ad
cœlos beatus euolauit,
Deum precatus, vt qui
in Rochi clientelam se
reciperet, aduersus epi-
dimiae morbum, præ-
sens remedium inueni-
ret. Quam eius petitio-
nem Deum Optimum
Maximū exaudisse, tabel-
la ad Rochum allata ma-
nifeste declarauit.

R. Amavit eū. Lect. vi.

Post eius transitum
multis auxilio fuit,

qui lue pestifera laborantes, pristinæ sanitati precibus eius restituti sunt. Quibus intellectis, Constantiensis Concilij Patrum decreto, ad pestem propulsandam, honores Sanctis exhiberi soliti, Rocho inter Sæclos nondū relato, impensi sunt. Et quieuit confestim sauitia morbi, Rochi ipsius imagine, à Patribus, frequenti populo, per vi-
cos & compita ciuitatis circumducta. Ex quibus patribus plerique in Italiā redeuntes, Rochi beatum corpus secum detulerunt. Illud postmodum Venetias asportatum, in hodiernum usque diem, magna cum veneratione ibi asseruantur, & colitur.

R. Iste homo perfecit.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangelium. Nolite timere pusillus grec de Communi Confessoris

non Pontif.

In Laudibus fit comm. Octauæ Assumptionis B. Mariae Ant. Quæ est ista. V. Exaltata est. Oratio. Famulorum tuorum, vt in Breuiar. & S. Laurentii. Antiphona. In craticula. V. Dipersit. Oratio. vt in Breuiario.

In secundis Vesperis à Capitulo fit de die Octaua S. Laurentii, cum commem. sancti Rochi, & Octauæ Assumptionis.

DIE XIX. AVGUSTI.

In festo S. Ludouici Episc. Tolosani & Conf. Dupl.

Oratio.

Deus, qui Ecclesiam tuam dispensatione mirabili, nouis semper illustras Sanctorum splendoribus, tribue quæsumus, vt qui beati Ludouici Confessoris tui atque Pontificis solenniis gratulamur, ad eius cōsortium feliciter perducamur. Per Dominum.

Deinde fit commem. san. Ius cum femina, (matre
cti *Hyacinthi*, *Antiph.* ac sorore exceptis) ser-
Hic vir despiciens mun-
dum. *v.* Iustum deduxit. monem nusquam habe-
re voluerit.

Oratio vt in Breuiario.

Postea Octauæ Assump-
tionis, *Antiph.* Hodie
Maria Virgo. *v.* Exalta-
ta est. *Oratio. Ut in Breu.*

In primo Noctur. Lec-
tiones de Script. occurr.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Lvdouicus Carolo secundo Siciliæ Rege, ac Maria coniuge Hungara natus, ab ipsis incunabulis, sanctitatis futuræ insignia dedit eximia. Aduc adolescens tulus obses in Cathaloniam ductus, ut patrem captiuum in libertatem affereret, virtutibus & exercitationib^o pijs totum se contulit, Franciscanorum usus opera & industria. Puritatis animi & corporis usque adeo tenax extitit, ut so-

Ius cum femina, (matre
cti *Hyacinthi*, *Antiph.* ac sorore exceptis) ser-
Hic vir despiciens mun-
dum. *v.* Iustum deduxit. monem nusquam habe-
re voluerit.

R. Inueni Dauid.

Lectio v.

Imbecillum corpus & delicatum varijs pœnitentiæ asperitatibus atterebat, cilicio præsertim duro & continuo. De amplectendo beati Francisci instituto, adhuc obses votum emisit. Quod cum è Cathalonia reuersus apud Mōtempessulanum implere conaretur, pater vehementer obstitit. Renunciatus Episcopus à Bonifacio octavo Pontifice Maximo, antequā iusulas pontificiæ dignitatis assumeret, ut regulam sancti Francisci prius profiteretur, tandem obtinuit. Quo vitæ genere mirum in modū oblectatus, charitatis, orationis, pictatis, pau-

pertatis, atque aliarum
virtutū exercitatione,
in eo religionis ordine
animū excoluit, me-
ditatus frequenter, quæ
pascendo gregi Tolosa-
no vñialiquando forēt.
¶. Posui adiutorium.

Lectio vi.

CVm nondum sacris
ordinibus pontifi-
ciæ dignitatis suscipien-
dis idoneus esset, ad eos
tamen assumptus est, ex
dispensatione sūmi Pō-
tificis. Quinque & vigin-
ti pauperibus quos ale-
bat domi, aquam ad
abluendas manus ipse
porrigebat: Sacramētis,
verbique diuini pabulo
plebem sibi creditam re-
creabat. Iudæos rudimē-
ta fidei docebat; & ad ba-
ptismum, pietate insig-
nis, adhortabatur. Æta-
tis vigesimo quarto an-
no necdum exacto, vitā
hanc mortalem, cum
immortali cōmutauit,

Massiliæ in æde Francis-
canorum (prout viuus
mandauerat) sepultu-
ræ traditus est. Mortuus
mortuos duodecim mi-
rabiliter ad vitam reno-
cauit. Quibus prodigijs
cōmotus Ioannes xxii.
Pontifex, eum Sancto-
rum numero ascripsit.
¶. Iste est qui ante Deū

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangeli
secundum Matthēum.

Lectio viij. Cap. 24.

IN illo tempore, Dixit
Iesus discipulis suis;
Vigilate, quia nescitis
qua hora Dominus ve-
ster venturus sit. Et re-
liqua.

Homilia sancti Ioannis
Chrysostomi.

Ex Hom. 78. in Matth.
ante medium.

DIcens Dominus,
vigilate, quia nel-
critis qua hora Dominus
vester venturus sit, sig-
nificauit se propterea

diem & horam sui ad-
uentus non edixisse ,
quod vellet ipsos cōti-
nuo esse sollicitos. **Quid**
vero significat , si scisset
pater familias qua hora
fur venturus fuisset, vi-
gilasset vtique nec per-
misisset perfodi domū
suam ? Si plerique ho-
minum , inquit , scirent
quādo sunt potissimum
morituri, ea prorsus ho-
ra pœnitere studerēt. ne
igitur illo dumtaxat tē-
pore, sed per totam vi-
tam magno studio sata-
gerent: nec sæculi con-
summationem, nec vni-
uscuiusque mortē præ-
dictit, quod velit nos sē-
per illam expectare, sē-
perque esse sobrios ac
vigilantes. Simul etiam
& negligentiores con-
fundit, quod maius cir-
ca diuitias studium ad-
hibeāt qui fures expe-
ctant, quam hi circa suæ
ipsorum animæ salutē.

Ex. Amauit eum.
Lectio viii.

Dicens porro: **Quis**
nam est fidelis fer-
uuſ & prudens; non cer-
te ignorās ait, sed quod
rarum est, ac multo dig-
num honore demōstrat.
Hunc etiam in modum
ipſi Adam locutus est di-
cens, vbi es ? non autem
ex ignorantia, verum vt
illum ad peccati satis-
factionem adduceret. Et
de Sodomis ideo dixit ;
descendēs videbo, si iux-
ta clamorem suum qui
venit ad me perfecerint:
sin autem non est ita, vt
sciam. **Quo** nos instrue-
ret, vt non de re qua-
piam prius sententiam
feramus, quam illam di-
ligentius discusserimus.
Per Prophetam autem
idcirco ait : Si forte au-
diant, & si forte intelli-
gant; & apud imperitos
ac rudes hic prædixisse,
inobedientiam necessa-

rio videbatur inducere. In Euangelio autem dixit: Verebuntur fortasse filium meum, ut ostenderet debuisse illos id facere, & filium reuereri.

R. Sint lumbi vestri.

Lect. ix.

Fidelē porro seruum beatificat dicens: Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit sic facientem. Et sane per quam merito veluti prudentem ac studiosum. Hoc autem non de pecunia tantum est dictum, sed de verbo etiam ac ministerio, omnique prorsus dispensatione, quam vnuſquisq; suscepereſit commendatam. Præterea hæc parabola, ad eos quoque aptari potest, qui rem publicam gerunt & administrat. Oportet enim vnumquemque, ad cōmunem utilitatem conferre quæ sua sunt, siue

sapientiam, siue principatum, siue diuitias, siue aliud quodcumque: nō ad conseruorum detrimentum, suique metip. sius perniciem. Quocirca ab eo utrūque requirit; prudētiam videlicet atque fidem. Ex inconsiderātia siquidem atque amentia peccata fiunt.

Te Deum.

In Laudibus fit commem. Octauæ Assumpt. Antiph. Quæ est ista. Exaltata est. Oratio. Famulorum tuorum, ut in Breuiario.

In secundis Vesperis à cap. fit de S. Bernardo Abate, cum comm. S. Ludouici, Ant. Amauit eum Dominus. Elegit eum Dominus. Oratio. Deus qui Ecclesiam tuam, & Octauæ Assumpt. Antiph. Hodie Maria virgo. Exaltata est. Orat. Famulorum, & S. Stephani Confessoris. Antiph. Euge serue bone. Iustum deduxit.

deduxit. **Orat.** Concede punctioni acus vnius, & quæsumus Ecclesiæ tuae. **vt in Breuiario.**

DIE XXVII. AVGUSTI

In festo sancti Vidiani Martyris. semiduplo.
Oratio. Præsta quæsumus omnipotens Deus : vt qui beati. *de Communi vnius Martyris.*

In primo Noct. Lectio-nes de Scripturâ occurr.

In secundo Nocturno.
Sermo S. Bernardi Ab-batis.

De S. Clemente. Lect. iv.

VT quid non possu-mus & nos cū beato Vidiano, ob veram fidei cōfessionem à Gothis Arianis occiso, Christi bibere calicem ? Sed forte respōdent aliqui : Possemus, si op-portunitas non deesset ; sed persecutionis tem-pus cessauit. At ego, fa-tor, non satis credide-im ita dicentibus. **Quid nim;** quotidie ceditis ut satisfacias desiderio

punctioni acus vnius, & mucroni vos arbitrami-ni posse resistere? In mi-nimis probate conflicti-bus, quam viriliter in maiori certamine stare possitis. Nouit Dominus figmentum nostrum, nec dat nobis tam forte certamen.

R. Honestū fecit illum.

Lectio v.

BEATO VIDIANO, qui in loco de Martyribus miraculis claret, & honorifico cultu asser-uatur, certamen forte dedit, vt vinceret, & dis-ceret, quoniā omnium potentior est sapientia. Vestrum autē certamen, quale est, fratres mei ? Quotidie vobis suggeri-tur in cordibus vestris : Frange Ordinem tutum, mürmura, detrahe, age remissius, infirmitatem simula, responde ei qui forte durius locutus est,

tuo : nec dicitur cuiquā, nit ad me , vt in Communi
Nisi hæc feceris, morie- ni vnius Martyris.
ris ; sed , vt multū, cum Vesperæ dicuntur de S. Au-
difficultate & labore re- gustino , sine aliqua com-
sistes animo tuo. memoracione.

R. Desiderium animæ eius.

Lectio vi.

Si ergo in huiusmodi certamine periclitamur , si vix resistimus , si interdum etiam succumbimus ; quid in illo tam graui certamine faceremus ? Si iuncis fragilibus cedit infirmitas nostra , quomodo telis resisteret ? videtis , quomodo ad nihilum redi sumus : & sicut solent mulieres , aut parvuli , pugnantes laudamus alios , pugnare ipsi non possumus : congratulamur Martyri , sed iam gloria eius , non sine nostra confusione est .

R. Stola iucunditatis.

In tertio Noct. Homilia in Euangelium. Siquis ve-

DIE I. SEPTEMBRIS.
In festo sancti Ægidii Ab-
batis. Duplex.

Oratio. Intercessio. vt in Breuiario.

Et non fit aliqua comm.

In primo Noct. Lectiones de Communi Confess. non Pont. Iustus si morte.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Aegidius Atheniensis patrem habuit Theodorus , & matrem Pelagiam , à prima ætate diuinis litteris , & charitatis officiis ita deditus fuit , vt nihil præterea curare videretur . Itaque parentibus mortuis , totum patrimonium in pauperes erogauit : quin etiam tunicam exuit , vt ægrotum egētem tege- ret ; qua ille indutus sta-

tim conualuit. Sed multis deinceps clarior miraculis, timens sui nominis celebritatem, Arelatem ad beatum Cæsarrium contredit: ubi triennio febricitantem filium Theocritæ viduæ, fusis pro illo apud Deum lacrymis, sanauit.
¶ Honestū fecit illum.

Lectio v.

CRescente ipsius fama, post biennium secessit in erēnum: ubi diutius herbārum radicibus, & ceruæ lacte, quæ statis ad eum horis veniebat, vescitur. Quæ cerua, in sequētibus quodam die canibus regiis, cum in antrum Ægidii refugisset, Galliæ regem impulit, vt in loco speluncæ monasterium extrueret. Cuius administrationem, licet reluētans, suscipere coactus est. Quo in munere, ita admirabili sanctitate vi-

xit, vt post aliquot annos in Domino obdormierit. Cuius corpus, post mortem, ita miraculis claruit, vt adhuc innumeris gaudeat signis in Ecclesia sancti Saturnini, in qua magna veneratione asseruatur.
¶ Amauit eū dominus. Sermo S.Bernardi Abb.

Sermo i. de s. Victore.

Lectio vi.

AEmulemur in uiro sobriū victum, deuotum affectum; amulemū mansuetudinem spiritus, castimoniā corporis, oris custodiam, animi puritatē, ponere frœnum iræ, & modum linguæ, dormire parcus orare frequentius, commonere nosmet ipsos psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, diebus iungere noctes, & diuinis laudibus occupare. Æmulemur charismata meliora: Æmulemur,

inquā, quod extitit libe-
ralis in pauperes, patiēs
ad peccantes, benignus
ad omnes. Hoc enim
melius. In his forma est
cui imprimamur: in mi-
raculis gloria a qua re-
primamur. Illa lētificēt,
ista ædificant: moueant
illa, ista promoueant.

R. Iste homo perfecit.

*In tertio Noct. Homil.
in Euangelium.* Ecce nos
reliquimus omnia. *vt in
Communi Apostolorum.*

*In Laudibus fit comme.
SS. Duodecim fratru Mart-
yrum, Antiph. Vestri ca-
pilli capitis. x. Exulta-
bunt. Orat. Fraterna, *vt
in Breviario.**

DIE XXVIII. SEPT.
*In festo S. Exuperii Episc.
Tolosani & conf. Ciuitatis
& Ecclesiæ Patroni minus
principalis. Duplex.*

Oratio.

O Mnipotens semp-
terne Deus, qui
beatum Exuperiū Con-

fessorem tuū atque Pon-
tificem doctrinis ac vir-
tutibus clarere fecisti:
concede plebi tuæ, vt
eiū assidua intercessio-
ne particeps fiat cœlestis
gloriæ. Per Dominum
nostrum.

*Et non fit comme. SS. Cos-
mæ & Damiani.*

*In primo Noct. Lect. de
Communi Confess. Pontifi-
cis. Fidelis sermo.*

*In secundo Nocturno.
De Epistola S. Hierony-
mi Presbyteri ad Ru-
sticum Monachum.*

*Epist. 4. Lectio iv.
S*anctus Exuperius
Tolosæ Episcopus, *viduæ Sareptensis imi-*
tator, esuriens pascit
alios, & ore pallente ie-
iuniis fame torquetur
aliena, omnemque sub-
stantiam Christi visceri-
bus erogauit. Nihil illo

ditius, qui corpus Do-
mini canistro vimineo,
sanguinem portat in vi-

tro. Qui auaritiam cie-
cit è templo, qui absque
funiculo & increpatio-
ne, cæthedras venden-
tium columbas, id est,
dona sancti Spiritus,
mensasque subuertit
mammonæ, & nummu-
lariorum æra dispersit,
vt domus Dei, domus
vocetur orationis, non
latronum spelunca. Hu-
ius è vicino sectare ve-
stigia, & cæterorum qui
virtutum illius similes
sunt, quos sacerdotium
& humiliores facit, &
pauperes.

R. Inueni Dauid.

De ciusdem S.Hierony-
mi Presbyteri Episto-
la ad Geruntiā viduā
Epist.. II. Lectio v.

Quod rari hucusque
residemus, non no-
stri meriti, sed Domini
misericordiæ est. Innu-
merabiles & ferocissimæ
nationes vniuersas Gal-
rias occuparunt. Quic-

quid inter Alpes & Py-
renæum est, quod Ocea-
no & Rheno includitur,
Quadus, Vandalus, Sar-
mata, Alanī, & (ò lu-
genda respublica) hostes
Pannonii vastarunt. E-
tenim Assur venit cū il-
lis. Maguntiacum nobis-
lis quondam ciuitas cap-
ta atque subuersa est, &
in Ecclesia multa homi-
num millia trucidata,
R. Posui adiutorium.

Lectio vi.

VAngiones longa
obsidione deleti.
Rhemorum vrbs præpo-
tens, Ambiani, Attre-
batæ, extremique homi-
num Morini, Tornacus,
Nemetes, Argentoratus
translati in Germaniam.
Aquitaniæ, Nouemque
populorum, Lugdunen-
sis, & Narbonensis pro-
uinciae, præter paucas
vrbes populata sunt om-
nia: quas & ipsas foris
gladius, intus vastat fa-

mēs. Non possum abs- que lacrymis Tolosæ fa- cere mentionem , quæ vt hucusque non rueret sancti Episcopi Exuperii merita præstiterunt.

R. Iste est qui ante Deū.

In tertio Nocturno , Ho- milia in Euangelium. Ho- mo peregre proficisciens de Communi Confessoris Pontificis.

Ad Laudes v. Ora pro no- bis beate Exuperi. R. Ut digni efficiamur promis- sionibus Christi.

Ad Benedictus , Antiph. Sacerdos egregius , & Christi signifer exuperi⁹, qui auaritiam de domo Domini stirpitus elimi- nauit. oratio. Omnipo- tens sempiterne Deus.

vt supra.

In secundis Vesp. v. Ora pro nobis , &c.

Ad Magnificat , Ant. O confors cælestis glo- riæ perennis , præsentem cateruam , sanctissime

Præsul Exuperi, exoran- tem, impetra tecum reg- nare : fidelium quoque vota populorū, ad sum- mum bonū dirige , eos- que Christo cohærere firmiter obtine sedula

prece. *Oratio. Omnipo- tens sempiterne Deus.*

Vt supra. *Deinde fit comme. S. Mich.*

DIE XXIX. SEPTEM.

Secunda die infra Octauā s. Exuperii, fit de Dedi- catione s. Michaelis Ar- changeli, fine comm. Oct.

S. Exup. in Laudibus & se- cundis Vesperis.

DIE XXX. SEPTEMB.

Tertia die infra Octauam fit de s. Hieronymo confes- sore, cum commemor. Oc- tauæ in Laudibus & secun- dis Vesp. Ant. v. & Ora- tio, ut in die.

DIE I. OCTOBRIS.

Quarta die infra Octauam fit de s. Remigio Episcopo & Confessore, cum com- memor. Octauæ, ut supra.

DIE II. OCTOBRIS. hunc interfecet? non
Quinta die infra Octauam ideo dicebat, quod mer-
*sanc*ti Exuperii.** cedem exigeret, sed quo

In secundo Nocturno.

Sermo S. Ioannis Chrysostomi.

In cap. 15. Epist. ad Rom.

Serm. 29. circa finem.

Lectio iv.

Christum diligens, & gregem illius utique diligit. Et Moysen tum primum super populu Iudeorum posuit, quando qua esset in illu benevolentia, reipsa iam declarauerat. Dauid quoque simili modo regno inaugurus est; posteaquam apparuerat, quam amico esset in populu affectu. Ita quippe iuuenis adhuc populi causa doluit ac zelauit, ut & animam suam exponeret, cum videlicet, barbarum illum è medio tollebat. **Q**uod vero dicebat, quid dabitur ei, qui alienigenam

ideo dicebat, quod mercedem exigeret, sed quo sibi crederetur, & in pugnam cum illo committeretur: nam cum adepta iam victoria ad regē esset ingressus, nihil de mercede meminit.

R. Inueni Dauid.

Lectio v.

ET Samuel quoque benignus erat, & amator populi: vnde & dicebat: Absit autē hoc à me peccatum, vt cesse sem pro yobis orare Dominum. Ita & Paulus; imo non ita sed multo plus omnibus ardebat erga subditos. Vnde & discipulos ita erga se animauit, vt diceret: Si possibile fuisset oculos vestros eruissetis, mihi que dedissetis. Et Christus optimi Pastoris regulam proferens dixit: Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus.

Sunt enim Sanctorum animæ vehementer mites, & hominum amantes, non solum erga domesticos, sed & alienos, ita ut hanc suam mansuetudinem etiā ad animalia bruta extendant. Propterea & Sapiēs quipiam dixit: Iustus misericordia animarum iumentorum suorum. Si iumentorum, multo magis hominum.

R. Posui adiutorium.

Lectio vi.

Verū quoniam peccorum mentionem feci, perpendamus & ouium pastores illos, qui in Cappadocum regione sunt, qualia & quanta pro pecorū suorum custodia patientur. Illi sæpen numero vniuersum triduum niue obrutti perdutant. Dicuntur autem, & qui in Lybia sunt, non minora mala ferre, dum integros me-

ses difficilem illam solitudinem, pessimarumque bestiarum plenā vagando circumveunt. Si tantum erga pecora diligentiae impendunt pastores illi; quam, quæcō, excusationē habebimus, quibus rationales animæ concorditiae sunt, quod profundum hunc somnū dormimus? An ignoras gregis huius dignitatē? an illius gratia Domintis tuus innumerā non fecit? annon postremo & sanguinem suum fudit? Tu vero requiem queris. Et quid poterit peius esse pastribus istis?

R. Iste est qui ante Deū.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangeli secundum Matthæum.

Cap. 25. Lect. vii.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregre proficiens, vocavit

vocauit seruos suos, &
tradidit illis bona sua.
Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii
Episcopi. *Cap. 27.*

Diuisio pecuniae inę-
qualis est, sed non
ad diuidentem referen-
da diuersitas est. Ait e-
nim, vnumquemque se-
cundum virtutem suam
accepisse. Igitur vnus-
quisque secundum fidei
suę mensurę, talentum,
id est Euangelii prædica-
tionem à prædicāte sus-
cepit. Sed seruus ille,
qui quinque talenta ac-
cepit, populus ex lege
credentium est, ex qua
profectus, meritum ip-
sius recte probeque per-
functus, Euangelicæ fi-
dei operatione duplica-
uit. In ratione autē po-
nenda iudicii examē est,
quo cœlestis verbi vsus,
& redditus disp̄satī ta-
lenti postulatur.

R. Amavit cū Dominus.

Lect. viii.

Igitur cui erant quin-
que commissa, Domi-
no reuerso, de quinque
decem obtulit: talis sci-
licet in fide repertus,
qualis in lege: qui decē
verborum quinque li-
bris Moysi præceptorū
obedientiā, per gratiam
Euangelicæ iustificatio-
nis expleuerit. Igitur iu-
betur in gaudium Do-
mini introire, id est, in
honorem gloriæ Christi
recipitur. Ille vero ser-
uus, cui duo talēta com-
missa sunt, Gentium po-
pulus est, fide atque cō-
fessione & Filii iustifica-
tus & Patris, Dominum
nostrum Iesum Christū
Deum atque hominem
& spiritu & carne con-
fessus: nam & corde fi-
des, & ore confessio est.
Hęc ergo huic sunt duo
talenta commissa.

R. Sint lumbi vestri præ
cincti.

Lectio. ix.

Sed ut prior ille omne sacramentum in quinque talentis, id est, in lege cognouerat, id que ipsum fide Euangelii duplicauerat: ita iste incremēto duūm talen- torum, atque operatio- ne promeruit, ratione ac redditu dissimili. Par tamē à Domino munus amborum est, vt gentiū fidem exæquatam cre- dētium ex lege scientiæ nosceremus: nam cum laudatione eādem iube- tur in gaudium Domini introire. Est autem du- plicatio sumptæ pecu- niæ, operationem fidei addidisse; & que opinio- ne crediderant, rebus factisque gessisse.

Te Deum.

DIE III. OCTOBRIS.

Sexta die infra Octauam sancti Exuperii.

In secundo Nocturno.

De Sermone sancti Io-

annis Chrysostomi.

Vnde supra. Lectio iv.

EThomines quidem, qui populis præsunt si quando de rebus for- tuitis consultaturi sunt, diebus non cōtentī, no- ctes etiā vigilando adhi- bent: nos vero, qui pro ipso cœlo certamē habe- m⁹ ipso quoque die dor- mimimus. **Q**uis, quæso, ab eo nos suppicio eripiet quod istis debetur? Si enim corpus trucidan- dum exponere, si innu- merabiles mortes ferre oportebat, numquid ad hoc munus, tamquam ad hundinas currēdum erat? Hæc autem non solum pastores, sed & oues audiāt, vt alacrio- res faciant pastores: ali- ud quidem nihil, verū omnem obedientiam, animumque, cui persua- deri queat, exhibentes.

R. Inueni Dauid,

Lectio v.

ITa Paulus præcepit dicens, Obedite ducibus vestris, & subditi estote: nam ipsi vigilat pro animabus vestris, tamquam rationem daturi. Quando vero dicit, Nam ipsi vigilant; innumeros labores, curas, & pericula complectitur. Bonus enim pastor, & talis qualis Christus vult, innumeris comparatur martyribus. Propter Christum quippe martyr semel quidem moritur, hic vero millies propter gemmam; si quidem talis sit pastor, qualis esse oportet: talis enim pastor singulis diebus mori potest. Propterea & vos, cognito isto labore, & precibus & diligentia, & animi alacritate & dilectione nos iuuate; ut & nos vestra, & vos vicissim nostra gloriatio sitis. **R.** Posui adiutorium.

Lectio. vi.

Nam ideo Christus istud Apostolorum Corypheo, & plus ipsum quam reliqui diligenter commendans, & iniungens, primum rogabat an ab ipso diligeretur: ut discas, quod istud sit ante omnia reliqua dilectionis in Christum positum signum. Strenuo si quidem animo hic opus est. Hæc vero mihi de optimis pastoribus dicuntur, non de meipso, & mei similibus: sed si quis talis sit, qualis erat Paulus, qualis Petrus, qualis Exuperius. Istos itaque imitemur & superiores, & subditi: licet enim & subdito pro parte pastorem agere, nempe domus suæ, amicorum, domesticorum, vxoris, liberorum.

R. Iste est qui ante Deum.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelii

Acta Octoveris.
secundum Matthæum. neque operam dant, vt
fructum afferant.

Cap. 25. Lectio vii.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregre proficisciens, vocavit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia sancti Ioannis Chrysostomi.

In Gen. cap. 18. Homil. 41. circa initium.

Nobis non satis est, quod extra damnum sumus, & quod nostrum est, implemus: sed volumus, vt & vos ex dinumeratis pecuniis multum negotiemi, vt ne obnoxii fatis suppicio, quod luit ille qui talentum recondidit, & dominicam pecuniam non solum non multiplicauit, sed & ipsam in terra defodit. tales enim sunt, qui sermones audiunt, talentum enim hoc vocat, & pecuniam:

et. Amauit eum,
Lectio. viii.

Sed forte dixerit quis spiam, parabolam istam talentorum de Doctoribus esse dictam: nec ego hoc nego. Verum si diligenter eam intueamini, scietis quod Doctores quidem debent dinumerare pecuniam: sed vos non solum eam seruare, sed & similiter negotiari debetis. Et quare ille, qui duo attulit taleta, eumdem consequitur honorem, quem ille, qui talenta quinque attulerat? Merito; augmentationem enim, & imminutionem, non vel huius diligentia, vel illius negligetia fecit, sed concreditorum quantitas. Nam quod ad diligentia attinet, ambo pares fuerunt, proinde & eamdem dignitatem assecu-

ti sunt.

Sint lumbi vestri pre-
cincti.

Lectio ix.

VErum aliis ille ni-
hil tale fecerat. Sed
quid? Accessit, dicens,
Cognoui te, quod auste-
rus homo sis, metes vbi
non seminas, & congre-
gans vbi non spargis: &
veritus abi, & occulta-
ui talentum in terra. O
nequitiam serui! ô in-
signem ignauiam! Nam
non solum iusta contēp-
sit, & nihil negotiatus
est talento sibi cōcredi-
to, sed & pro talento ac-
cusationem attulit: ita
enim solet malitia, ob-
tenebrat rationem, &
eū qui semel à via aber-
rauit, per abrupta præ-
cipitem dat.

Te Deum laudamus.

Vesperæ de S. Francisco
Confessore cum commem.
Octauæ, Antiph. ¶. &
Oratio ut in die.

DIE IV. OCTOBRIS.
Septima die infra Octauā,
fit de S. Francisco, cum
commem. Octauæ.

In secundis Vesp. à Capitu-
lo fit de die Octauā S. Exu-
perii, ut in primis Vesperis
Confessoris Pontificis, Ora-
tio ut in die.

Deinde fit comm. S. Fran-
cisci, Ant. Hic vir despi-
ciens mundū. ¶. Iustum
deduxit. Oratio, ut in
Breuiario.

Postea sanctorum mar-
tyrum Placidi & sociorū,
Ant. Istorum est enim,
¶. Lætamini in Domi-
no. Oratio, ut Breuiario.

DIE V. OCTOBRIS.

In Octaua S. Exup. Dupl.
Omnia dicuntur sicut in
die Festo præter Lectio-
nes.

In primo Nocturno legū
tur Lectiones de Scriptura
ocurrente.

In secundo Nocturno.
Sermo S. Gregorii Papæ
Part. 2. Pastoralis cap. I.

Lectio iv.

Tantū debet actio-
nē populi actio trāf-
cendere Præfulis, quan-
tum distare solet à gre-
ge vita pastoris. Opor-
tet namque, vt metiri se
follicit e studeat, quan-
ta tenendæ rectitudinis
necessitate constringi-
tur, sub cuius æstima-
tione populus gr̄ex vo-
catur. Sit ergo, necesse
est, cogitatione mūdus,
actione præcipuus, dis-
cretus in silentio, utilis
in verbo, singulis com-
passione proximus, præ-
cunctis cōtemplatione
suspensus, bene agenti-
bus per humilitatem so-
cius, contra delinquen-
tium uitia per zelū ius-
titiae erectus, internorū
curam in exteriorū oc-
cupatione non minuēs,
exteriorum prouiden-
tiā in internorum sol-
licitudine nō relinquēs.
¶ Inueni Dauid.

Part. I. Pastorale Cap. 9.

¶ 10. Lectio v

Considerādum quo-
que est, quia cum
curam populi electus
Præfus suscipit, quasi ad
ægrū medicus accedit.
Si ergo adhuc in eius
corpore passiones viuūt
qua præsumptione per-
cussum mederi prope-
rat, qui in facie vulnus
portat? Ille modis om-
nibus debet ad exemplū
bene uiuendi pertrahi,
qui cūctis carnis passio-
nibus moriens iam spi-
ritaliter uiuit, qui pros-
pera mundi postponit,
qui nulla aduersa perti-
mescit, qui sola interna
desiderat: cuius inten-
tioni bene congruens,
nec omnino per imbe-
cillitatem corpus, nec
valde per contumaciam
repugnat spiritus: qui ad
aliena cupiendā duci-
tur sed propria largitur.
¶ Posui adiutorium.

Ibidem. cap. 8.

Lectio vi.

VNDE ipsum quoque Episcopatus officiū boni operis expressione diffinitur, cum dicitur: Si quis Episcopatū desiderat, bonum opus desiderat. Ipse ergo sibi testis est, quia Episcopatum nō appetit, qui non per hūc boni operis ministerium, sed honoris gloriā quærit. Sacrum quippe officium non solū non diligit omnino, sed nescit, qui ad culmen regimini anhelans in occulta meditatione cogitationis, ceterorum subiecione pascitur, laude propria lētatur, ad honorem cor eleuat, rerū affluentium abundantia exultat. Mundi ergo lucrū quæritur sub eius honoris specie, quo mundi destrui lucra debuerant,

¶. Iste est qui ante Deū.
In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelii secundum Matthæū.

Cap. 25. Lectio vii.

IN illo tempore: Dixit Ihesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregre proficisciens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 2. de Vocatione Gent.

Cap. 2. Post medium.

Datur unicuique sine merito, vnde tēdat ad meritum; & datur ante ullū laborem, vnde quisque mercedem accipiat secundum suum laborem. Quod ita esse, Euangelicę ueritatis testimonio agnoscitur, vbi per comparationem dicitur, quod homo peregre proficisciens vocauit seruos suos, & tradidit illis substantiam suā.

& vni dedit quinque talenta , alii autem duo , alii vero vnum , vni- cique secundum propriam uirtutem , id est , secundum propriam , & naturalem possibili- tem , non autē secūdum proprium meritū : quia aliud est posse operari , aliud operari : & aliud est , posse habere chari- tatem ; aliud , habere charitatem .

R. Amauit eum.

Lectio viii.

Non itaque omnis reparabilis repara- tur , nec omnis sanabilis sanatus est: quia repara- bilem , & sanabilem esse , de natura est ; reparatū autem , & sanatum esse , de gratia est . Denique isti , quibus secundū mo- dulum capacitatis suæ , quem in eis distributor substantiæ praeuidebat , dispar creditus est nu- merus talentorum ; non

meriti remunerationē , sed operis accepere ma- teriam .

R. Sint lumbi vestri præ- cincti .

IX. Lectio de SS. Placi- do , & sociis Martyribus , ut in Breuiario .

In Laudibus fit comm. SS. Placidi , & sociorum Martyrum , Ant. Vestri capilli capitis . V. Exulta- tabunt. Oratio. Ut in Breuiario .

In secundis Ves. fit com- memoratio sancti Brunonis Confessoris .

DIE XV. OCTOBRIS.

In Translatione S. Iacobi Maioris Apostoli. Dupl. Omnia dicuntur ut in eius Feste 25. Iulii præter Lect. primi & secundi Nocturni Comissa quoque comme- moratione S. Christophori martyris .)

In primis Vesperis , fit comm. S. Callisti Papæ & Martyris , Ant. Qui vult venire post me . V. Iustus

ut palma. **Oratio ut in cens,** parauit tumulum corporia apostolico. Quo

Breuiario.
In primo Nocturno legun- miraculo rapti , Lupam Lectiones de Scriptura oc- huius ditionis Reginam currente. adeunt , vt ab ea locum

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Post illatam à Iudæis necem, Ierosolymis Iacobo Apostolo cognomento Maiori ; beatus Torquatus cum aliis eius discipulis , clam corpus magistri ad Ioppen portum delatum , in nauim sine remige imposuit. Sicque Deo gubernante Gallæciæ littus appulit; ut qui in dispersione (vt fertur) Apostolorum, Hispaniam sorte obtinuerat , paucosque fideles viuens , in illo regno Christo lucrificebat, innumeros ad se defunctus attraheret. Subducentes è naui sacrum pignus discipuli , statim magno lapidi imposuerunt qui quasi cera liquef

corpori apostolico. Quo miraculo rapti , Lupam huius ditionis Reginam adeunt , vt ab ea locum sepulturæ expetant. Sed rigidæ mentis Regina Apostolum excrancs , discipulos postulantes , arte mala , ad Lucium Vennenium Gallæciæ Tribunum transmisit. Qui cognoscens illos esse Christianos cum esset gentilis , in carcerem iussit detrudi.

Ex. Vidi coniuctos viros.

Lectio v.

Sed mirum ! noctu ab Angelo liberati sunt è carcere discipuli. Verum fugientes illos inse- cuti sunt iussu Tribuni satellites ; qui cum ad pontem fluminis Tamiris peruenissent , drepente refracto ponte submersi sunt. Quod cù audisset Vennenius , illos cuocauit & de religio-

ne quā profitebantur inquirens , impulsu Spiritus sancti tactus , cum tota familia sacro baptismatis fonte ablutus est , nuntiosque remittens ad Lupam Reginam litteris cōmendauit. Quod ægre ferens Regina , dolose discipulos iubet in montem descendere , boues quæsituros , vt corpus Apostoli (vt aiebat) quocumque vellēt traherēt. Quæ licet hanc mentem non haberet , accidit tamē mirabiliter vt draco infestus , qui in hoc mōte degebat cum tauris indomitis , signo crucis à piis viris facto , statim imperfectus sit ; taurique domiti , venerandum Iacobi Apostoli corpus lapide inclusum , nullo duce , in regiam Lupæ detulerint Com. postellam.

¶ Beati estis.

Lectio vi.

REGINA rem mirabilem admirans , in Christum credidit Saluatorem , simulque regium sancto Apostolo dicanit templum , vbi adhuc honorifice colitur à peregrinis fidelibus. Demū aduentāte in Hispaniam Carolo Magno , cū vbi que terrarum sacra Reliquiarum pignora inquireret , & sancti Iacobi Cōpostellæ corpus inueniret , præcipua quidem ossa , licet non omnia , cum parte capitis secum Tolosam detulit : quæ deposita in Basilica sancti Saturnini , in tumulo lapideo multis annis remanserunt. Tandem anno millesimo tercētesimo octogesimo quinto , die decima quinta mensis Octobris , sumptibus Serenissimi Principis Ioannis Biturigum ducis , fratris Caroli sexti , in theca argētea condi-

ta sunt : administrante Reuerendissimo Patre Ioanne de Cardailhac Archiepiscopo Tolosano , & Patriarcha Alexandrino. Quæ solemnitas magno Episcoporu Prouinciae , Principum, Magistratuum & popu lorum comitatu floruit. Quæ dies ad perpetuam rei memoriam, pia diuini officii recordatione, quotannis sub titulo Translationis sancti Iacobи recolitur.

R. Isti sunt triumphatores.

In secundis vespere fit commemorationis sancti Bertrandi.

DIE XVI. OCTOBRIS

In festo sancti Bertrandi Episcopi & Confessoris.

Semiduplex.

Oratio. Da quæsumus önipotens Deus. ut in Communi Confessoris atque Pontificis.

In primo Noct. Lectio.

nes de Scriptura occurr.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Bertrandus Conueniarum Episcopus , patrem habuit nobilissimum virum in Vasconibus Athonem Raymendum , matrem verò filiā Guillelmi Comitis Tolosani. Natus est apud Ictium castrum , quod Iordanis insula in præsens vocatur. Licet à pueritia virtutis amantissimus fuerit , militiæ tamē adolescens nomē dedit, sed animi integritate tanta, vt inanē gloriā, rapinas, audaciam & alia id genus flagitia militibus familiaria à se procul amandaret. Suis opibus egenorum inopia subleuabat, in alios satis liberalis. His artibus Nobilium ignobiliumque gratiā sibi conciliabat.

R. Inueni David.

Lectione v.

IN tanta bonorum & honorum, quibus in seculo gaudebat, affluentia, cum transgredi posset non est transgressus. Imo beatum Martinum imitatus cingulum militare abiecit, militiae pertensus. Quare quæ sursum sunt quæsiturus, Ecclesiæ Tolosanæ Canonorum regularium cœtui religioso se adiūxit; in quo pietati, prudentiæ, silentio, & disciplinæ Religiosæ sedulam operā nauauit. Charitate & humilitate cunctorum animos & benevolentiam sibi deuinciebat. Archidiaconi Tolosani gradu insignitus, tam strenue huius dignitatis partes obiuit, ut Conuenarum Episcopo mortuo, vnum Bertrandum sibi postularet in Antistitē vniuersus Conuenarum clerus.

¶. Posui adiutorium.

Lectione vi.

Sic Conuenarum Prebital renunciatus, à Guillémo Auscitano Archiepiscopo Auunculo suo, in Diuæ Mariæ Auscitanae templo, characterem & insignia consecrationis accepit. Inde adgregem suum cum se recepisset, cathedralē tēplum claustro cingi curauit. Canonorum sancti Augustini regulam profitentium cœtum in eo coëgit Clero, & populo vitae exemplo prælucere studuit. Dioecesim, parœcias singulas adiungendo, vigilantissim⁹ obiuit. Quod officii gen⁹ cum iam senex sedulus tamē vrgeret, in febrim lapsus ad Ecclesiam Cathedralē deferri voluit. Ibi cum Deo, & Deiparæ Virgini animam cōmendasset, suosque pontificia benedictione mu-

Miuisset, sanctitate clar^r rari: vt quas digna men-
diem clausit extremum. te non possumus cele-
bre, humilibus saltem
Iste est qui ante Deū. frequētemus obsequiis
In tertio Noct. Homilia Per Dominum.

in Euangeliū. Homo
peregre proficisciens; de
Communi Conf. Pont.
Vesperæ de sanctis Puellis
cum commemoratione S.
Bertrandi.

DIE XVII. OCTOBR.

In festo sanctorum Puella-
rum Virginum. Dupl.

Hymnus. Iesu corona.
Virginum, ut in Commu-
ni Virginum. ¶ In Vtris-
que Vesperis & Laudibus.
¶ Adducentur Regi vir-
gines post eam. ¶ Pro-
ximæ eius afferentur ti-
bi. Antiph. Prudentes
virgines, aptate vestras
lampades: ecce sponsus
venit exite obuiam ei.

Oratio.

DAnobis, quæsum⁹
Domine Deus no-
ster, sanctorum Virginū
Puellarū palmas inces-
sabili devotione vene-

rari: vt quas digna men-
diem clausit extremum. te non possumus cele-
bre, humilibus saltem
frequētemus obsequiis
Per Dominum.

Deinde fit comm. sancti
Bertrandi, Antiph. Ama-
uit eum Dominus. ¶ Ju-
stum deduxit. Oratio. Da
quæsumus, vt in Commu-
ni Confessoris Pont.

Ad Matutinū. Hymnus.
Virginis proles. Pro Vir-
gine tantum.

In primo Noct. Lect. de
Scriptura occurrente.

R. i. Veni electa mea
pro Virgine tantum.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

CVm sanctissim⁹ Sa-
turninus, primus
Tolosæ Præsul & martyr,
tauro alligatus, per Ca-
pitoli gradus præceps
fieret; & pauci illius té-
poris Christiani, prop-
ter furem Gentilium,
corpus sancti Præsulis
humare metuerent; duę

mulieres, sexus imbecillitatem vincentes, fideli robore confirmatae, viris omnibus fortiores sacerdotis sui exemplo animatae, sanguinem & cerebrum ipsius anxie inquiet
collegerunt, corpusque exanime ligneo feretro lame immisum, quam maxime profundo loco considerunt, ut venerandas sanctasque Reliquias, non tam sepelire, quam abscondere viderentur; ne forte sacrilegi furoris homines, si aliquid honoris corpori tumulato viderent adhiberi, statim in frusta dispergerent, vel eriperent.

B. Propter veritatem.

Lectio v.

Quod factō fugientes persecutionē mulieres, vel, vt fertur, ob fidei Christi confessionē exules factae, adeunt ad oppidum, quod olim Recaudum, iamque sor-

tito nomine dicitur Māsis sanctorum Puellarū; ibique in summa sanctitate reliquum vitæ temporis degentes, cœlestem patriā adeptæ sūt. Quarum corpora in campostrī loco a fidelib⁹ sepulta, multis miraculis manifesta, cum inuentā fuissent in honore habita sunt; magna que populorum deuotione è tumulo eleuata, multis retro sacerulis, pio fidelium concursu magnā habuere venerationem; donec ab Hæreticis qui locum illum occuparunt, vel combustā, vel cineres sacri dispersi sunt. Quarum sanctorū virginum memoria celebratur, decimo sexto Kalendas Nouembris.

B. Dilexisti iustitiam.

Sermo S. Augustini Episcopi.

De sancta virg. cap. 27.

Lectio vi.

Sequimini Agnū quo-
scumque ierit, scripsit
ille de vobis. Quo ire
putamus hunc Agnum?
Quo nemo eum sequi
vel audeat, vel valeat, ni-
si vos virgines? Quo pu-
tamus eum ire? in quos
saltus & prata? vbi, cre-
do, sunt grādia gaudia,
nec gaudia, qualia in ip-
so regno Dei ceteris nō
virginib' erunt, sed à ce-
terorum omnium gau-
diorum forte distincta.
Gaudiū virginum Chri-
sti est de Christo, in
Christo, cū Christo, post
Christum, per Christum
propter Christum. Gau-
dia propria virginum
Christi non sunt eadem
non virginum, quamvis
Christi: nam sunt alijs
alia, sed nullis talia. Itē
in hæc, sequimini Agnū,
quia & Agni caro vtique
virgo. Sequimini virgi-
nitate cordis, & carnis,
quocunque ierit. Quid

est eū sequi nisi imitari?
¶ Afferentur Regi.
In tertio Noct. Homil.
in Euangeliū. Simile erit
regnum cœlorum decē
virginibus. *ut in Comuni*
Virginum.

Vesperæ de sancto Luca
cum cōmemoratione san-
ctorū Puellarum. Antiph.
¶ Oratio, ut supra in
primis Vesperis.

DIE XX. OCTOBRIS

In festo sancti Caprasij
Episc. & mart. Duplex.
Oratio. Infirmitatem no-
stram. *ut in Communi*
vnius. Martyris.

Deinde fit comm. sancti
Petri. Antiph. Hic vir des-
piciens mundum. ¶ Iu-
stum deduxit. *Orat.* De°
qui beatum Petrum. *ut*
in Breuiario,

In primo Nocturno.
Lectio. de Script. occur-
In secundo Nocturno.

Lectio iiiij.
Quo tēpore Dacia-
nus in Aquitaniam

missus est, ab Imperato-
ribus Diocletiano & Ma-
xiiano, Aginnum in-
gressus, tanta crudelita-
te aduersus Christianos
exarsit, ut multi furen-
tis tyranni rabiē fugien-
& scopulorum latibula
petere coacti sint. Ex his
fuit beatus Caprasius,
primus Aginnensiū Epis-
copus; qui dans locum
iræ, & persecutione dēs
comite Vincentio Dia-
cono, aliisque pijs fideli-
bus, cliuum montis Pō-
peiacij dicti conscen-
dit, vbi inuento recep-
taculo, nec mori timēs,
nec viuere recusās, quid
vellet Deus pro sui no-
minis gloria expecta-
uit.

¶. Honestū fecit illum.

Lectio v.

ANxius maxime fuit
beatus Caprasius,
quis exitus foret Agin-
ni de sancta virginine Fide,

quam à primis annis sa-
lutari lauacro abluerat,
quamque sacra pro re-
ligione sciebat decerta-
re; cui sic hærenti osten-
dit Deus è cœlo delabē-
tem columbā, quæ blan-
do alarum volatu, & ro-
rifico flatu, extinctū ve-
nit carbonum ignes, in
quibus vt in rosis, inui-
cta virgo iacebat: ipsa
metque columba coro-
nam gemmis radiātem
in capite triumphantis
Fidis imposuit. Quo mi-
raculo raptus Pr̄esul, du-
biām protinus mentem
deponens, nouo prodi-
gio confirmatus est, cū
ad eius pedes vidi fontem
scaturientem de ru-
pe; quæ aqua ad hæc vs-
que tēpora, febre labo-
rantibus remedio est &
saluti.

¶. Desideriū animę eius.

Lectio vi.

Quibus signis beat⁹
Caprasius ad mar-
tyrum

tyrium animatus , pro-
cessit in locum , in quo
beata Fides , igneæ su-
perposita catastæ , Chri-
stum libera voce confi-
tebatur , cuius exemplo
cæpit plebem suam in-
struere. Qui statim à mi-
nistris impietatis com-
prehensus , ad Dacianū
mittitur. A quo , cum
nec blanditiis , nec minis
à Christiana religione
auelli posset ; virgis , fla-
gellisque dilaniandus
traditur : aliisque variis
suppliciis oppressus , cū
inconcussus permane-
ret , cum beata Fide , &
sanctis Primo & Felicia-
no capite truncandus
mittitur. Quo die , tam
viuifica mors martyru-
fuit , vt è duodecim mil-
libus spectatorum , quin-
genti fidem Christi pro-
fessi sint , qui faxis , lig-
nis , gladiisque impetiti
pro Domino constanter
mortem pertulerunt.

¶ Stola iucunditatis.

In tertio Nocturno , Ho-
milia in Euangeliū. Si
quis venit ad me . de Com-
muni vnius Martyris.

In secundis Vesp. fit com-
memoratio sanctorum Vr-
sulae & sociarum , & S.
Hilarionis.

DIE XXI. OCTOBRIS

In festo sanctorum Vr-
sulae & Sociarum Virginū
& martyrum. Semidupl.

In utrisque Vesp. & Lau-
dibus Antiph. Prudentes
virgines. ¶ Adducentur
Regi. Oratio. Da nobis
quæsumus Domine , vt
in Breuiario.

Commemoratio sancti Hi-
larionis Abbatis , Antiph.
Similabo eum. ¶ Am-
auit eum Dominus. Orat.
Intercessio. ¶ ut in Breuiario.

In primo Noct. leguntur
Lectiones de Script. occur.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

CVm Maximus dux
exercitus Romani,

tempore Imperatoris Gratiani, plurimas Galliarum Prouincias inuassisset: vicinos Armoricos sedibus suis expulisset; nouam prouinciā, vberes glebas Britannicis militibus nouæ coloniæ tribuit, & diuisit. Ut autem eorum posteritati consuleret, Connani Britannici ducis consilio, mittit legationem in Britanniam, vt singulis militibus, virgines singularis cōiugio fœderandas postulet. Et cū præcipiuus inter duces esset Connanus, paris nobilitatis designata est ei coniux, filia Dionici Regis Cornubiaæ nomine Vrsula.

R. Propter veritatem.

Lectio v.

Londini itaque cunctis collectis virginibus, licet inuitæ patrum solum, charosque reclinerent, imponun-

tur nauigiis. Dūque regionem Armoricanorum cogitant nautæ, mox saua procella nauem impulit in littus Germanicum; ubi tunc contigit adesse Hunnorū copias, quas Gratianus Imperator aduersus Maximum euocauerat. Quæ copiæ cum incidissent in virginum naues, vt in hostes grassatae sunt: & libidinis æstro furentes in eas irruerunt.

R. Dilexisti iustitiam.

Lectio vi.

VErum hortante Vrsula, cum omnes morte potius oppetere, quam virginei pudoris iacturam pati, inuicto mentis vigore decreuerunt: Hunni in rabiem immanitatis conuersi, omnes ad vnā occidūt. Sicque Vrsula, cum exercitu undecim millium virginū (vt fertur) gloriosa victima procum-

bens, duplice virginita-
tis & martyrii palma de-
corata, ad cælestes Agni
nuptias transiuit. Qua-
rum corpora Christi si-
deles Coloniæ condide-
runt. Demum in variis
orbis Christianissimi par-
tibus dispersa sunt, & tā-
tis pignoribus plurimæ
Ecclesiæ gloriantur.
Afferentur Regi.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangelium. Si-
mile est regnum cœlorū
decem virginibus. *ut in
Communi virginum.*

*IX. Lectio de S. Hilario-
ne Abate (Ex duabus
fiat vna.)*

In Laudibus fit comm.

S. Hilarionis Abbatis,

*Ant. Euge serue bone
v. Iustum deduxit Do-
minus. Oratio. Interces-
sio. ut in Breuiario.*

DIE XXIII. OCTOBR.

*In festo sanctæ Susanna
Babylonicae. Duplex.*

Oratio. Exaudi nos Deus

salutaris noster. *ut in
communic. ne Virginis nec
martyris.*

In primo Nocturno.
De Daniele Propheta.

Lectio i. Cap. 13. à
Erat vir habitans in
Babylone, & nomē
eius Ioakim: & accepit
vxorem nomine Susan-
nam, filiam Helciæ, pul-
chram nimis, & timen-
tem Deū: parentes enim
illius, cum essent iusti,
erudierunt filiam suam
secundum legem Moysi.
Erat autē Ioakim diues
valde, & erat ei potua-
rium vicinū domui suæ:
& ad ipsum confluabant
Iudæi, eo quod esset ho-
norabilior omnium. Et
constituti sunt de popu-
lo duo senes iudices in
illo anno: de quibus lo-
cutus est Dominus: *Quia*
egressa est iniqüitas de
Babylone à seniorib' iu-
dicibus, qui videbantur
regere populum. Isti fre-

quentabant domum Io-
akim, & veniebat ad eos
omnes qui habebant iu-
dicia.

S. Veni electa mea.

Lectio ii.

CVM autē populus
reuerteret per me-
ridiem , ingrediebatur
Susanna,& deambulabat
in pomario viri sui. Et
videbat eam senes quo-
tidie ingredientem &
deambulantem:& exar-
serunt in concupisen-
tiam eius: & euerterunt
fensem suum , & decli-
nauerunt oculos suos ut
non videret cœlum, ne-
que recordarentur iudi-
ciorum iustorum. Factū
est autem,cum obserua-
ret diem aptum , ingres-
sa est aliquādo sicut he-
ri & nudiustertius cum
duabus solis puellis, vo-
luitque lauari in poma-
rio : æstus quippe erat :
& non erat ibi quis-
quam , præter duos se-

nes absconditos,& con-
templantes eam. Di-
xit ergo puellis : Af-
ferte mihi oleū,& smig-
mata , & ostia pomarii
claudite , vt lauer.
S. Diffusa est gratia.

Lectio iii.

CVM autem egressas
essent puellæ,surre-
xerunt duo senes , & ac-
currerunt ad eam , & di-
xerūt : Ecce ostia poma-
rij clausa sunt , & nemo
nos uidet , & nos in con-
cupiscentia tui sumus :
quamobrē assentire no-
bis , & cōmiserere nobis-
cū. **Q**uod si nolueris , di-
cemus cōtra te testimo-
nium , quod fuerit tecū
iūuenis , & ob hanc cau-
sam emiseris puellas à
te. Ingemuit Susanna , &
ait : Angustiæ sunt mihi
vndique : si enim hoc
egero , mors mihi est: si
autem non egero , non
effugiam manus vestras.
Sed melius est mihi abs-

que opere incidere in manus vestras, quā peccare in cōspectu Dñi.
¶ Specie tua.

In Secundo Nocturno

Sermo S. Augustini

Episcopi.

De S. Susanna. Lect. iv.

AVdiuimus de sancta Susanna lectio-
nem. Ædificetur pudici-
tia coniugalis, & tam fir-
mo fundamento innita-
tur, muroque valletur:
vt & insidiantes repellat,
& falsos testes cōuincat.
Remāserat casta mulier
moritura, nisi adesset
qui videbat, quod iudi-
cātes latebat. Conscrip-
ta sunt verba eius, quæ
habuit in paradiſo, hoc
est in viridario suo: quæ
verba nullus hominum
audiuit, nisi soli duo, qui
pudori vxoris alienæ in-
ſidiabantur, & reluctan-
ti falso testimonium
meditabātur. Illi soli au-
dierūt quod dictum est,

Angustię mihi vndique:
si enim hoc fecero, mors
mihi est: si autē non fe-
cero, non effugiam ma-
nus vestras. Melius est
mihi manus vestras non
euadere, quam in con-
pectu Dei peccare.
¶ Propter veritatem.

Lectio v.

CONtemnebat quod
audiebat, quia ti-
mebat quem non vide-
bat: cuius tamen diui-
nis oculis erat conspi-
cua. Neque enim, quo-
modo illa Deū non vide-
bat: sic non videbatur a
Deo. Videbat De°, quod
ædificabat: inspiciebat
opus suum: habitabat
templum suum, ubi erat
ipse, insidiantibus res-
pondebat. Nam si casti-
tatis dator deseruisset,
castitas interiisset. Ait
ergo: Angustię mihi vni-
dique. Sed & expectabat
eum, qui eam saluam fa-
ceret à pusillanimitate,

& tempestate falsorum
testium, tamquam uen-
torum malorum. In illis
tamen ventis & fluctib⁹,
naufragiū castitas non
fecit, quia Dominus gu-
bernauit. Clamatum est,
ventum est, processū est:
peruenit causa ad iudi-
cium: domus Susannæ
crediderat cōtra domi-
nam senioribus falsis. Et
quāuis anteacta illæsa,
& immaculata vita, ido-
neum videretur pudici-
tiæ testimonium perhi-
bere illæsum: irreligiosū
videbatur senioribus nō
credere. Nullus talis ser-
mo vnquam sonuerat
de Susanna. Illi ergo fal-
si testes, sed noti Deo.
¶ Dilexisti iustitiam.

Lection. vi.

ALiud credebat do-
mus, aliud videbat
Dominus: sed quod vi-
debat Dominus, homi-
nes nesciebant: seniori-
bus credi videbatur. Er-

go moriendumerat. Sed
si caro moreretur, casti-
tas coronaretur. Affuit
Domin⁹ precanti, exau-
diuit quam nouerat; nō
deseruit ne moreretur,
cui subuenit ne adulte-
raretur. Excitauit Domi-
nus Spiritum sanctū Da-
nieli adhuc nouello q̄ta-
te, sed robusto pietate.
Quia ergo in eo erat
propheticus spirit⁹, cō-
tinuo nequissimorum
seniorū nequitia, viden-
dum erat, quomodo cæ-
teris mōstraretur. Falsi,
inquit, testes sunt; redite
adiudiciū. Sed quod fal-
si essent, ille nouerat, cui
spiritus propheticus re-
uelauerat. Docendi erāt
qui nesciebant. Ergo si
Iudices docendi, testes
proculdubio cōuincēdi.
¶ Fallax gratia.
In tertio Nocturno, Homi-
lia in Euangelium. Simi-
le est regnum cœlorum
thesauro. Ut in Communi-

nec Virginis nec martyris.

¶. vii. Os suum aperuit.

¶. viii. Angustiae mihi

sunt vndique, & quid

eligam ignoror.* Melius

est mihi incidere in ma-

nus hominum, quā de-

relinquere legē Dei mei.

¶. Si enim hoc egero,

mors mihi est: si autē nō

eagero, nō effugiam ma-

nus vestras. Melius est.

DIE XXV. OCTOBRIS

In festo sancti Frontonis

Episcopi & Confess.

Dup.

Oratio. Exaudi quæsum⁹

Domine preces nostras.

ut in Communi Confessoris

Pontificis.

Deinde fit commem. ss.

Chrysanthi & Dari & Mart.

Antiph. Istorū est enim

regnum cœlorū. ¶. Læ-

tamini in Domino. Ora.

Beatorum martyrum. ut

in Breuiario.

In primo Nocturno, Lectio-

nes de Scriptura occurrēte.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Fronto Christi disci-
pulus, ex Lycaonia
oriundus, patre Simone,
matre vero Frontonia
genitus: à sancto Petro
Christi vicario, cum Ge-
orgio presbytero Roma
profectus ad Petrago-
rios mittebatur. Sed ex-
acto triū dierum itine-
re, Georgio defuncto ad
sanctum Petrum reuer-
sus est. Qui cum baculū
ab Apostolo, vt alter Eli-
eus ab Elia, accepisset:
imposito super defuncti
socii corp⁹ baculo, eum
a morte suscitauit. Tunc
viri Apostolici iter per-
gentes, Petragorium in-
gressi sunt: moxque plu-
rimos infideles fidei
splendore illuminarūt.
Quamobrem Squirius
vrbis Praefectus aduers⁹
præcones Euāgelij, eius-
que sequaces ita excan-
duit, vt comprehensos
Frōtasium, Seuerinum,
& Siluanum Frontonis

discipulos decollari ius-
serit.

R. Inueni Dauid.

Lectio. v

Interim tantus Præsul
Idies malos declinans,
& persecutioni cedens,
Christi oves traduxit in
cremum; vbi olerum se-
mine corpora, & verbi
Dei pabulo animas refi-
ciebat. Et cum ibi esset
infestus draco, qui hali-
tu suo locū inquinabat,
cum diuina virtute fu-
gauit. Verum Squirius
à cœlesti nuntio incre-
patus, sanctum Antisti-
tem cum eius turma fi-
delium sollicite conqui-
suit: quē cum inuenisset
supplex ab illo depreca-
tur veniam, & baptismi
gratiam recepit, quem
Georgium nominauit:
statimque larga munifi-
centia famem & inopiā
fidelium subleuauit.

R. Posui adiutorium.

Lectio vi

REdux Præsul in vr-
bem Petragoricen-
sem, mox tēplum Marti
consecratū, Idolo euer-
so, in primam sibi erexit
Ecclesiam, quam titulo
sancti Stephani insigni-
uit. Posthæc Aniano suo
discipulo coepiscopo
ordinato, cum ardens in
illo esset animarum ze-
lus, plurimos populos,
Parisiis usque penetrās,
luce Euangelij illustra-
uit. Tandem reuersus in
Aquitaniam, Burdigalā
nouo Christi præconio
imbuit. Tolosa transiēs,
puerū in Garumna sub-
mersum ad vitam reuo-
cauit, & ad illustrandam
Galliam Narbonensem
cucurrit. Demum labo-
ribus & excursibus tan-
tis fessus, Petragoricen-
ses suos repetit, vbi ex-
rema statione fixa, tot
onustus trophæis Euan-
gelij, beatam animam
exhalauit, octavo Kalē-

das

das Nouembris.

R. Iste est qui ante Deū.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangelium. Vigilate. Ut in Communi Confessoris Pontificis.

I. Lectio de SS. Chrysantho & Daria Martyr. Ex duabus fiat vna.

In Laudibus fit comm. SS. Chrysanthi & Dariae Martyrum, Ant. Vestri capilli capitis. V. Exultabunt. Orat. Beatorum Martyrum. Ut in Breuiar.

In secundis Vesp. fit commem. sancti Euaristi.

DIE XXXI. OCTOBR.

Sancti Quinctini Mart.

Commemoratio.

Ad Vesperas, Antiph. Iste sanctus. V. Gloria & honore. Oratio. Præsta quæsumus omnipotēs Deus: ut intercedente. Ut in Communi vnius mart.

Ad Laudes, Antiph. Qui odit animam suam.

V. Iustus ut palma florabit. Oratio. Præsta quæ-

sumus. Ut supra.

DIE III. NOVEMBRIS.

In festo sancti Papuli Martyris. Duplex.

Oratio. Præsta quæsumus omnipotēs Deus, ut qui beati. de Com. vnius mart.

Et non sit commemoratio Octauæ omnium Sanctorum in vtrisque Vesperis, nec in Laudibus.

In primo Noct. Lect. de Communi plurimorum Martyrum. Fratres, debitores sumus.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

PApulus adolescens Antiochenus, cum Sancto Saturnino primo Tolosano Episcopo Roma profectus, Tolosam ciuitatem ire cogitans, Carcassonæ à Carcassonnensi Iudice Ruffino, in carcerē ambo coniecti, ope diuina ex illo liberati Tolosam tandem peruenierunt. Illic cum plurimos Euangelij face

collustrassent: Saturninus Hispanias petiturus à Papulo discessit, Tolosanumque gregem ipsi commendauit. Dūm autem per biennium in illis oris moram facit Saturninus, strenuam operam Papulus, tum Tolosae, tum vicinis in locis amplificando Christi gregi nauauit.

Bk. Honestum fecit illū.

Lectio v.

QUAMOBREM dum amplificandæ fidei Christianæ imp̄sius incumberet, à Gentilibus comprehensus, contumeliosque ac suppliciis variis affectus, abscissione capitis martyrium compleuit, eo in loco, qui postea ipsius sancti Papuli nomen retinuit. Caput abscissum manibus sublatum, ad vicinū fontem, Angelo duce martyr detulit. Ibi vestigia genuū ac manuum,

quibus incumbebat capite truncandus, lapidi impressa remansisse dicuntur.

Bk. Desideriū animæ eius
Lectio vi.

AD sepulchrum Papuli cum vndique numerosa hominū multitudo cōueniret, propter varia, quæ illic edebantur miracula, templum ingens excitatum fuit, atque in eo Papuli caput asseruatum, reliquo corpore Tolosam translato; quod conditū in marmoreo tumulo, diu iacuit apud eadem sancti Saturnini, donec ex eo multis post annis, vna cū corporibus Sanctorum Antistitum Tolosanorum Honorati, Siluij, Hilarij, inuentū est. Tantum verò honoris tanti Martyris monumento habitū est a posteris, ut non modo clara basilica, sed & am-

plissimo Cœnobio ho- uiario.

nestatum sit , quod ad Episcopatus fastigium , Ioānes vigesimus secundus Pontifex Maximus postmodum euexit.

R. Stola iucunditatis.

In tertio Nocturno Homilia in Euangelium. Si quis venit ad me. vt in Communi vnius martyris.

In secundis Vesperis fit commemm. sancti Caroli.

Postea SS. Vitalis & Agri- colæ mart. vt in Breuiario.

DIE VIII. NOVEMBR.

In festo SS. Claudi, Ni- costrati, Symphoriani, Ca- storii, & Simplicii Mar- tyrum.

Duplex.

Oratio. Præsta quæsumus omnipotēs Deus: vt qui gloriosos. vt in Breuiar.

Deinde fit commemo- rato diei Octauæ omnium Sanctorum. Ant. Angeli

Archangeli. vt in primis Vesp. festi. ¶ Exultabunt.

Oratio. Omnipotēs sem- piterne Deus. vt in Bre-

In primo Nocturno Lectio de Communi plurimorum martyrum. Fratres, debito- totes sumus.

In secundo Nocturno Lectio iv. Seuerus, Seue- rianus. vt in Breuiario. R. Sancti tui Domine.

Lectiones v. & vi. Ser- mo S. Joannis Chryso- stomi. Nemo est qui nes- ciat. de Communi pluri- morum Mart.

R. v. Verbera carnificū.

R. vi. Tamquā aurum.

In tertio Nocturno, Ho- milia in Euangelium. Des- cendens Iesus de mon- te. vt in Communi pluri- morum Marryrum.

In Laudibus fit comm. diei Octauæ omnium San- ctorum, Antiph. Te glo- riosus. ¶ Lætamini in Domino. Orat. vt supra.

In secundis Vesperis fit commemoratio Dedicatio- nis Basilice Saluatoris.

Deinde Octauæ omnium SS.

Antiph. O quam glo-
riosū est regnum. *¶ Læ-*
tamini in Domino. Orat. *In primo Nocturno. Lec-*
ut supra. Postremo sancti *tiones de Script. occurrente.*
Theodori Martyris. *In secundo Nocturno.*
DIE XIII. NOVEMBR. *Sermo S. Augustini.*
In Elevatione SS. Eadmu-
di, Claudijs, Nicostrati, *Episcopi.*
Syphoriani, Castorii, &
Simplicii mart. Semidu-
plex. Omnia de Communi *Serm. 47. de Sanctis.*
plurimorum Mart. præter
ea quæ hic notant. propria. *Lectio iv.*

Oratio.

Deus, qui nos con-
cedis sanctorum
Martyrum tuorū, Ead-
mūdi, Claudijs, Nicostra-
ti, Syphoriani, Casto-
rij, & Simplicij anniuer-
sariam reliquiarū Eleua-
tionem colere, danobis
in æterna beatitudine,
de eorū societate gau-
dere. Per Dominum.

Deinde fit commemora-
tio sancti Mart. Papæ &
mart. Antiph. Qui vult
venire post me. *¶ Iustus*
vit palma. Oratio. Ut in lebrantur, qui ipsorum

Quitiescumque, fra-
tres charissimi, san-
ctorum Martyrū Ead-
mundi, Claudijs, Nico-
strati, Syphoriani, Ca-
storij, & Simplicij solē-
nia celebramus (quorū
corpora religioso ritu,
die decimatertia No-
uembris, anni millesimi
sexcentesimi quadra ge-
simi quarti eleuata sūt)
ita, ipsis intercedentib⁹,
expectemus a Domino
consequi tēporalia be-
neficia: ut ipsos Marty-
res imitando, accipere
mereamur æterna. Ab
ipsis enim sanctorum
Martyrum in veritate

Martyrum exempla se- bus expiemur. Per Do-
quuntur. Solemnitates minum.
enim Martyrum, exhor-
tationes sunt martyrio-
rum: ut imitari non pi-
geat, quod celebrare de-
lectat.

& Sancti tui Domine.

Lectio v. Sed nos volu-
mus gaudere. *Lectio vi.*
Sed dicit aliquis. quæ se-
quuntur, de eodem Sermo-
ne, in Communi plurimo-
rum martyrum.

In tertio Nocturno, Ho-
milia in Euangelium. Des-
cendens Iesus de monte.
de Comm. plurim. Mart.
DIE XVII. NOVEMB.

In festo sanct. Ascisclie &
Victoriæ Mart. Duplex.

Oratio.

Majestatem tuam,
quæsumus Domi-
ne, Martyrum tuorum
Asciscli & Victoriæ sup-
plicatio nobis beata cō-
ciliet, ut qui te incessan-
ter actibus nostris offen-
dimus, ipsorum preci-

In primo Nocturno, Le-
tiones de Communi plu-
rimorum Martyrum. Fra-
tres, debitores sumus.

In secundo Nocturno.

Lectio iiiij.

Ascisclus & Victoria
frater & soror, Cor-
dubæ in Hispania, à pri-
ma ætate, Christianæ
religionis cultores, tem-
pore Diocletiani & Ma-
ximiani Imperatorum,
sub Dione passi sunt. Cū
enim in Hispaniam ve-
nisset impius ille præses,
statim persecutionem
Christianis indixit, & in
hos duos Martyres ma-
nus iniecit. Quos cum
nec blanditiis, nec ter-
roribus à fide Christi
posset auellere, variis il-
los modis affixit: pri-
mum Ascisclum fustib⁹,
Victoram in plātis per-
cuti iussit, deinde vtrum-
que in carcerem trusit.

R. Sancti tui Domine. septem matronis visita-
Lectio v. ta , eas ad Christi fidem
 adduxit.

Posterius die caminū
 incendi, Martyres-
 que in ignem immitti
 imperat. Qui cum à flā-
 ma non læderentur , li-
 gatis ad collasaxis præ-
 cepit in flumen præcipi-
 tari : sed ab Angelo so-
 luti super aquas ambu-
 lantes , ad littus perue-
 nere , rursumque com-
 prehensi rotis sunt alli-
 gati , superposito igne ,
 & oleo superfuso. Ve-
 rum illis orantibus , su-
 bito prorumpens flam-
 ma , plurimos ex idolo-
 rum cultoribus interfe-
 cit. Quod prodigium ut
 vidit Præses , illud ma-
 gicis artibus attribuit: il-
 losque de rotis deponēs ,
 mox Victoria in suā im-
 pietatem inuehēti , ma-
 millas amputari iubet:
 & simul fratrē cum so-
 rore iterum in carcerē
 inclusit ; ubi Victoria à

Verbera carnificum.

Lectio vi.

Posteridie è carcere
 eductis Martyribus ,
 Victoria Presidi crudeli-
 tatem exprobranti lin-
 gua absconditur , ac de-
 tum sagittis cōfigitur ,
 cuius lateri infixa sagit-
 ta , eo vulnere spiritum
 Deo reddidit. Ascisclus
 ad amphiteatrū ductus
 ibi capite trūcato marty-
 rio coronatur , decimo
 quinto Kalēdas Decem-
 bris: quorū corpora Emi-
 tiana nomine nobilis fe-
 mina tollens ; Asciscli
 corpus domi suæ; Victo-
 riæ vero iuxta portam
 fluminis pia cura sepeli-
 uit. Quæ post retro sæ-
 culis ex Hispania Tolo-
 sam exportata , in Basí-
 lica sancti Saturnini , in
 eadem theca honorifi-
 co cultu asseruantur.

R. Tamquam aurum.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangeliū. Cū audieritis prælia. de Communi pluri- morum Mart.

R. vii. Propter testamentum.

R. viii. Hæc est vera fraternitas.

In secundis Vesperis fit commemoratio Dedicatio- nis Basilicarum SS. Apostolorum Petri & Pauli.

DIE XX. NOVEMBR.

In festi S. Eadmūdi Angliæ Regis & Mart. Dup.

Oratio.

DEns ineffabilis misericordie, qui beato Regi Eadmundo tribuisti pro nomine tuo moriendo inimicū vincere; concede familiæ tuæ, eo interueniente, antiqui hostis incitamenta superare Per Dominum.

Et non sit commemoratio S. Elizabeth.

Fratres, debitores sumus. de Communi plurimorum Mart.

In secundo Nocturno.

Lectio iv

EAdmundus primus vir deuotus, auita Regum prosapia excellens: curis & industria Humberti Helmhamensis Episcopi ad regnum euectus est. Cū aliquot annis, regno pacifice præfuisse: Danoru dukes Hingar & Hubbla in Northambriam, & orientaliū Anglorum pruincias cuncta depopulatum venere. Quorum primus in Regem non resistentem, & solo pronum in Ecclesia orantem irruit, moxque in fortorum manus iniecit. Invictus Christi athleta, inter flagella Iesum invocans, ita carnifices accedit, vt ad ipsum stipite alligatum, quasi ad signum ludendo, te-

In primo Nocturno, Lect.

lis totū eius corpus con-
foderint. Cumque Hin-
gar sanctum Regem , a
vera fide nō posset auel-
lere, lictori mandauit vt
caput āputaret: qui im-
pio mandato obsequēs,
de stipite truculenter
anulsum Martyrē capi-
te truncauit.

R. Honestum fecit illū.

Lectio v.

Corpus Martyris à
capite diuīsum, im-
pietatis ministri , dira
Berni venatoris suasio-
ne, in siluas auib' discer-
pendum , vel bestiis de-
vorādum proiecere. La-
borabant enim multum
lanistæ, ne a Christianis,
qui pauci adhuc super-
stites erant, corpus tan-
ti Regis, vt decebat, cum
capite sepulturæ manda-
retur. Pass' est vero eo-
dem tempore Humber-
tus Episcopus cum sācto
Martyre. sicque Rege &
Episcopo ad cœlestia

regna translatis, Hingar
& Hubbla deo odibiles,
ab Anglia post hyemem
recesserunt.

R. Desideriū animēcius.

Lectio vi.

Quo auditō , Chri-
stiani dc latibulis
erumpētes , iustas regio
funeri soluturi inferias,
sacrum caput siluas per-
lustrando inquirunt. Iu-
cunda Dei hausere nun-
tia, cum defuncti capitī
vox expressa, lustratores
ad se euocauit , vbi cum
capite lupus inuent⁹, sa-
cro pignori excubias im-
pendebat, qui more do-
mestici animalis , baiu-
los capitī ad locum se-
pulturæ subsecutus est.
Extructa fuit tūc exigui
pretii capella super ve-
nerandū corpus: & post
multum temporis au-
gustius ædificium , vbi
multis miraculis claruit.
Donec vt fertur, transla-
tum fuit in Gallias , à

Rege

Rège Ludouico octauo ossa sacra, & caput sacrū
ab Anglia reuertente, condiderunt.
Tolosamque obsidente; &c. Stola iucunditatis.
& in Basilica sancti Sa- *In tertio Nocturno, Ho-*
turnini, quæ erat extra *milia in Euangelium. Si*
muros, tantum pignus quis venit ad me. de Cō-
depositum fuit: in cuius *muii unius Martyris.*
Eleuatione, ciues no- *In secundis Vesperis, fit*
stri, pro beneficio tem- *de Præsentatione B. Ma-*
peratæ pestis, in thecis *riæ. Cum commemora-*
argenteis yoto affixis, *n e s a n c t i E a d m u n d i .*

FINIS.

APPROBATIO.

LIBRVM hunc, qui inscribitur officium peculiare Ecclesiae Tolosanæ sancti Saturnini Martyris, eiusdemque ciuitatis Protopræsulis, & patroni, accuratè perlegimus; nihilque in eo, quod Orthodoxæ fidei, probis moribus, & Ecclesiasticæ disciplinæ aduersetur, deprehendimus. Datum Tolosæ Nonis Iulij 1672.

CAZANOVE, Sacre Theologie Doctor, &
Regius in Academia Tolosana Professor.

PETRONET, Doctor Theologus, Vicarius perpetuus,
Ecclesia B. Mariae de TAURO, nec non
Viceofficialis Tolosanus.

PEGA Doctor Theologus, & Prior S. Felicitatis.

PERMISSIO.

VISIS Approbationibus Doctorum, permittimus librum hunc Typis mandari. Datum Tolosæ, die 8. mensis Iulij, anni 1672.

DE CIRON V. G. DVTHIL. V. G.

M A N D A T V M.

ABBAS & Capitulum Sancti Saturnini, visis Approbationibus Doctorum, & licentia Viciorum generalium concesserunt, & iusserunt librum hunc Imprimi, ad peculiaria sui Chori officia recitanda. Iuxta deliberationem dicti Capituli die 6. Augusti 1672.

Demandato DD. Abbatis & Capituli.

VINCENS Secretarius.

COMMEMORATIONES
Communes, siue Suffragia Sanctorum.

De Cruce in feriali tantum Officio.

Ad Vesperas & Laudes. Antiphona.

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster. ¶ Omnis terra adoret te , & psallat tibi. ¶ Psalmum dicat nonini tuo Domine. Oremus. Oratio.

Perpetua nos, quæsumus Domine , pace custodi : quos per lignum sanctæ Crucis redimere dignatus es.

De sancta Maria, quando non dicitur eius Offic. parvum.

Ad Vesperas & Laudes. Antiphona.

Sancta Maria succurre miseris , iuuua pusillanimes , refoue flebiles , ora pro populo , interueni pro clero , intercede pro deuoto femineo sexu : sentiant omnes tuum iuuamen , quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem. ¶ Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ¶ Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Oratio.

Concede nos famulos tuos , quæsumus Domine Deus , perpetua mentis & corporis sanitatem gaudeare : & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione , à præsenti liberari tristitia , & æterna perfrui lætitia.

Ab Octaua Epiphanie usque ad Purificationem dicitur. ¶ Post partum virgo inuolata permanisti. ¶ Dei genitrix intercede pro nobis.

Oremus. Oratio

3

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitatem secunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

De Apostolis. Ad Vesperas, Antiphona.

Petrus Apostolus, & Paulus Doctor Gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Domine. ¶ Constitues eos principes super omnem terram. ¶ Memores erunt nominis tui Dominc.

Ad Laudes, Antiphona.

Gloriosi principes terræ, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. ¶ In omnem terram exiuit sonus eorum. ¶ Et in fines orbis terræ verba eorum. Oremus. Ora. **D**eus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur, erexit: & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede, ut amborum meritis æternitas gloriam consequamur.

De S. Saturnino. Ad Vesperas, Antiphona.

O fortis athleta Saturnine Pontifex, qui pro nefanda Capitolii victima tauri, meruisti effici hostia Christi; te precamur sancte, ut pro nobis apud ipsum intercedas, qui te digne pro meritis pretioso coronauit martyrio. ¶ Ora pro nobis beate Saturnine. ¶ Ut digni efficiamur promissionibus Christi. *Ad Laudes, Antiphona.*

Saturninus martyr cupiens se nectere Christo carnali in habitu noluit esse diu. ¶ Sancte Satur-

2

nlne martyr Domini pretiose &. Adesto nostris
precibus, pius & propitius. Oremus. *Oratio.*

Deus, qui nos beati Saturnini martyris tui at-
que Pontificis, cōcedis memoriaperfrui, eius
nos tribue meritis adiuuari.

De S. Augustino. Ad Vesperas, Antiphona.

Sancte Augustine, tu dulcedo pauperum, tu
pius consolator miserorum: ora pro nobis.
℣. Ora pro nobis beate Augustine. &. Ut digni
efficiamur, &c. *Ad Laudes, Antiphona.*

Domino regnanti semper psallamus supplici-
ter, cū quo Præful Augustinus regnat in cœlesti-
bus. ℣. Ora pro nobis, &c.

Oremus.

Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens
Deus: & quibus fiduciam sperandæ pietatis
indulges; intercedente beato Augustino confes-
sore tuo atque Pontifice, consuetæ misericordiæ
tribue benignus effectum.

De S. Exuperio. Ad Vesperas, Antiphona.

O consors cœlestis gloriæ perennis, præsen-
tem cateruam, sanctissime Præful Exuperi, exo-
rantem impetra tecum regnare: fidelium quo-
que vota populorum ad summum bonum dirige,
eosque Christo cohærere firmiter obtine sedula
prece. ℣. Ora pro nobis beate Exuperi. &. Ut dig-
ni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Laudes, Antiphona.

Sacerdos egregius, & Christi signifer Exupe-
rius, qui auaritiam de domo Domini stirpitus
eliminavit. ℣. Ora pro nobis &c.

Oremus.

Oratio.

OMnipotens sempiterne De^o, qui beatum Exu-
perium Confessorem tuum atque Pontificē,
doctrinis ac virtutibus clarere fecisti: concede ple-
bi tuæ; vt eius assidua intercessione, particeps fiat
coelestis gloriae.

De Sanct. Reliquiis. Ad Vesperas & Laudes, Ant.
Corpora sanctorum in pace sepulta sunt: & viuent
nomina eorum in æternum. **¶** Exultabunt sancti
in gloria. **¶** Lætabūtur in cubilib^o suis.

Oremus.

Oratio.

Propitiarenobis, quæsumus Domine, famulis
tuis, per Sanctorum tuorum, quorum corpo-
ra & Reliquiæ in præsenti habentur Ecclesia, me-
rita gloriofa: vt eorum pia intercessione, ab omni-
bus semper protegamus aduersis.


De Pace. Ad Vesperas & Laudes, Antiphona.


Da pacem Domine in diebus nostris, quia non est
alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.
¶ Fiat pax in virtute tua. **¶** Et abundantia in tur-
ribus tuis.

Oremus.

Oratio.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, &
iusta sunt opera: da seruis tuis illam, quā mū-
dus dare non potest pacem: vt & corda nostra mā-
datis tuis dedita, & hostium sublata formidine,
tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dñm.
¶ Domin^o vobiscū. **¶** Et cum spiritu tuo. **¶** Be-
nedicamus Domino. **¶** Deo gratias. **¶** Fidelium
animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.
¶ Amen.





QUÆDAM OMISSA IN PECULIARI
Sancti Saturnini.

DIE XXVI. JANUARII

In Elevatione corporum Ss. Simon. & Judæ Apostol.
& Susannæ Babylon. Semidup.

*Si hoc festum celebretur in Quadrag. legentur Lectio
sequentes.*

Incipit Epistola Catholica beati Iudæ Apostoli.

Lectio i.

Judas Jesu Christi ser-
vus frater autem Iacobi:
his qui sunt in Deo Patre
dilectis, & Christo Iesu
conservatis, & vocatis.
Misericordia vobis, &
pax, & charitas adimplea-
tur. Carissimi, omnem
solicitudinem faciens scri-
bendi vobis de communi-
vestra salute, necesse ha-
bui scribere vobis, de-
precans supercertari se-
mel traditæ sanctis fidei.
Subintroierunt enim qui-
dam homines (qui olim
præscripti sunt in hoc ju-
dicium) impii, Dei no-

stri gratiam transferentes
in luxuriam, & solum
Dominatorem, & Domi-
num nostrum Jesum
Christum negantes.

R. Ecce ego mitto vos.

Lectio ii.

C ommonere autem
vos volo, scientes
semel omnia, quoniam
Jesus populum de terra
Ægypti salvans, secundò
eos, qui non servaverunt
suum principatum, sed
dereliquerunt suū domi-
ciliū, in judicium ma-
gni diei, vinculis æternis
sub caligine reservavit.

Sicut Sodoma , & Go-
morrha , & finitimæ civi-
tates simili modo exfor-
nicatae , & abeentes post
carnem alteram , factæ
sunt exemplum , ignis
æterni poenam sustinen-
tes. Similiter & hi car-
nem quidem maculant,
dominationem autem
spernunt, majestatem au-
tem blasphemant.

B. Tollite jugum meum.

Lectio iii.

Cum Michaël Ar-
changelus cum dia-
bolo disputans altercare-
tur de Moysi corpore ,
non est ausus judicium in-
ferre blasphemiae ; sed
dixit : Imperet tibi Dñs .
Hi autem quæcumque
quidem ignorant , bla-
phemant : quæcumque
autem naturaliter , tam-
quam muta animalia , no-
runt , in his corrumpun-
tur. Væ illis , quia in via
Cain abierunt , & errore
Balaam mercede effusi
sunt , & in contradictione
Core pericrunt. Hi sunt elegisti , sed ego elegi

in epulis suis maculæ ,
convivantes sine timore ,
semetipsos pascentes , nu-
bes sine aqua , quæ à ven-
tis circumferuntur , arbo-
res autumnales , infru-
ctuosæ , bis mortuæ , cra-
dicatæ , fluctus feri maris
despumantes suas confu-
siones ; sidera errantia :
quibus procella tenebra-
rum seruata est in æternū.

B. Dum steteritis.

IN III. NOCTURNO.

*Lectio sancti Evangelii
secundum Joannem.*

Lectio vii.

Cap. 15.

IN illo tempore , dixit
Jesus discipulis suis :
Hæc mando vobis , ut di-
ligatis invicem . Si mun-
dus vos odit , scitote quia
me priorem vobis odio
habuit. Et reliqua.

*Homilia sancti Augustini
Episcopi.*

Tract 87. in Ioan. Initio.

In lectione Evangelica
quæ antecedit , dixerat
Dominus : Non vos me

vos , & posui vos , ut ea-
 tis , & fructum afferatis :
 & fructus vester maneat ,
 ut quodcumque petieritis
 Patrem in nomine meo ,
 det vobis. Hic autem di-
 cit : Hæc mando vobis ut
 diligatis invicem. Ac per
 hoc intelligere debemus ,
 hunc esse fructum no-
 strum , de quo ait : Ego
 vos elegi , ut eatis , & fru-
 ctum afferatis , & fructus
 vester maneat : & quod
 adjunxit , ut quodcum-
 que petieritis Patrem in
 nomine meo det vobis.
 Tunc utique dabit nobis ,
 si diligamus invicem ,
 cum & hoc ipsum ipse
 dederit nobis , qui nos
 elegit non habentes fru-
 ctum , quia non eum
 nos elegeramus , & po-
 suit nos ut fructum affe-
 ramus , hoc est invicem
 diligamus .

R. Isti sunt qui viven-
 tes .

Benedictio. Quorum
 fructum colimus .

Charitas ergo est
 fructus noster , quam
 definit Apostolus , de
 corde puro , & conscienc-
 ia bona , & fide non fi-
 cta. Hac diligimus invi-
 cem , hac diligimus Deū:
 neque enim vera dilec-
 tionē diligeremus invi-
 cem ; nisi diligentes Deū.
 Diligit enim unusquisque
 proximum suum tam-
 quam seipsum , si diligit
 Deum : nam si non diligit
 Deum , non diligit seip-
 sum : in his enim duobus
 præceptis charitatis , tota
 lex pendet & Prophetæ.
 Hic est fructus noster . de
 fructu itaque nobis man-
 dans , hæc mando , inquit ,
 vobis , ut diligatis invi-
 cem. Unde & Apostolus
 Paulus , cum contra ope-
 ra carnis commendare
 fructum spiritus vellet ;
 à capite hoc posuit :
 Fructus , inquit , spi-
 ritus , charitas est ; ac
 deinde cætera , tamquam
 ex isto capite exorta &

religata contexuit, quæ sunt gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. **R.** Isti sunt viri.

Lectio ix.

Quis autem bene gaudet, qui bonum non diligit unde gaudet? Quis pacem veram, nisi cum illo potest habere, quem veraciter diligit? Quis est longanimis, in bono opere perseveranter manendo, nisi ferueat diligendo? Quis est benignus, nisi diligat cui opitulatur? Quis bonus, nisi diligendo ef-

ficiatur? Quis salubriter fidelis, nisi ea fide, quæ per dilectionē operatur? Quis utiliter mansuetus, cui non dilectio modetur? Quis ab eo continetur unde turpatur, nisi dilitat unde honestatur? Merito itaque magister bonus dilectionem sic sœpe commendat, tamquam sola præcipienda sit, sine qua non possunt prodesse cætera bona, & quæ non potest haberri sine cœteris bonis, quibus homo efficitur bonus.

Tc Deum laudamus.

DIE XV. OCTOBRIS.

In Translatione S. Jacobi Majoris Apost. dup.
Oratio.

Esto Dominus plebi tuae sanctificator & custos: ut Apostoli tui Jacobi munera praesidiis, & conversatione tibi placeat, & secura mente deserviat. Per Dominum.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 20. c.

In illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. 66. in Matth.

Non turbetur quis. quam, si adeo imperfectos dicimus Apolos fuisse: nondum enim mysterium crucis erat consummatum, nondum gratia Spiritus in corda ipsorum infusa. Quod si virtutem ipsorum discere cupis, quales post datam gratiam Spiritus fuerint, considera, & videbis omnem ab illis perversam affectiōnem fuisse superatam. Hac enim de causa eorum modo imperfectio revelatur, ut apertē percipere possis, quales subito per gratiam effecti fuerint. Quod igitur nihil spiritale petebant, nec de cœlesti regno quidquam cogitabant, perspicuum est. Sed tamen inspiciamus etiam quomodo accedant, & quid dicant: Volumus inquiunt, ut quodcumque petieri-

mus, facias nobis. Ad quod Christus, Quid vultis? Respondit: non ignorans certè, sed ut eos respondere cogat, & ulcus detegat, & ita medicamentum apponat.

&c. Iste sunt qui viventes.

Lectio viii.

Illi verò cum erubescerent, & verecundia prohiberentur, quoniam humano affectu coquenterant, seorsum ab aliis discipulis Christum accipientes, interrogaverunt. Progressi sunt enim, inquit, nè illis manifesti fierent: & ità demùm ea quæ volebant, dixerunt. Volebant autem, ut ego conjicio, quoniam super duodecim sedes sessuros discipulos audierunt, primatum hujus confessus impetrare: & præponi quidem se cæteris sciebant; Petrum verò sibi præferri formidantes, dicere ausi sunt. Dicunt: ut unus à dextris, alter à sinistris sedeat. Et ur-

igitur ipse? ut significa-
ret eos nihil petere spiri-
ritale, sed nec scire qui-
dem quid postulent: non
enim petere auderent, si
scirent: Nescitis, ait,
quid petitis: nescitis
quam magnum hoc sit,
quam mirabile, ac ipsas su-
periores excedēs virtutes.

Bx. Isti sunt viri sancti.

Lectio ix.

ET adjecit, Potestis
bibere calicē, quem
ego babiturus sum: &
baptismo, quo ego bap-
tizor, baptizari? Per-
pendis, quomodo statim
ab hac opinione ipsos re-
movit, contraria eis disse-
rens. Nam vos, inquit,

mis mecum agitis: ego
vero de lucamine atque
sudore differo. Non præ-
miorum hoc tempus est,
nec illa gloria mea modo
apparebit: sed cædis ac
periculorum tempus præ-
sens est. Perspice autem,
qualiter ipso interroga-
tionis modo & hortatur
& allicit. Non enim di-
xit? Potestis - ne cædem
subire?, potestis - ne vestrū
effundere sanguinē? Sed,
Quonam pacto potestis
bibere calicē? Deinde al-
liiens, inquit, quem ego
babiturus sum: ut ipsa
cum eo communicatione
laborū promptiores red-
derentur.

Te Deum laudamus.

DIE XV. MARTII.

In Festo sacrarum Reliquiarum in insigne Ecclesia S. Saturnini Tolosæ quiescentium. Duplex.

Ad Matutinum.

In I. Nocturno.

Ant. Novit Dominus viam justorum , qui in lege ejus meditantur die ac nocte. *Psalm.* Beatus vir. *Vt in primo Nocturno de communi unius Martyris.*

Ant. Mirificavit Dominus sanctos suos , & exaudivit eos clamantes ad se.

Psalm. Cum invocarem. *vt in secundo Nocturno de communi unius Martyris.*

Ant. Admirabile est nomen tuum Domine , quia gloria & honore coronasti Sanctos tuos , & constituisti eos super opera manuum tuarum.

Psalm. Domine Dominus noster. *Vt in se-*

cundo Nocturno de communi unius Martyris.

In II. Nocturno.

Ant. Domine qui operati sunt justitiam , habitabunt in tabernaculo tuo , & requiescent in monte sancto tuo. *Psal.* Domine quis habitabit. *Vt in tertio Nocturno de communi unius Martyris.*

Ant. Hæc est generatio quærentium Dominum , quærentium faciem Dei Jacob. *Psalm.* Domini est terra. *Vt in tertio Nocturno de communi Confessoris Pontificis.*

Ant Lætamini in Domino , & exultate justi , & gloriamini omnes recti corde. *Psalm.* Beati quorum. *Vt in Matutino Feriæ secundæ.*

In III. Nocturno.

Ant. Timete Dominum omnes sancti ejus , quoniam nihil deest timentibus eum : ecce

oculi Domini super ju-
stos , & aures ejus ad
preces eorum.

Psalm. Benedicam
Dominum. *Vt in primo* *No-*

Nocturno de communi *Apo-*
Apostolorum.

Ant. Domine spes san-
ctorum , & turris forti-
tudinis eorum , dedisti
hereditatem timentibus
nomen tuum , & habita-
bunt in tabernaculo tuo

in sæcula. *Psalm.* Exaudi
Deus deprecationem me-
am. *Vt in secundo No-*

Nocturno de communi *Ant.* Qui diligitis Do-
minum, lætamini in Do-
mino , & confitemini
memoriae sanctitatis ejus.
Psalm. Dominus regna-
vit, exultet terra. *Vt in*
tertio Nocturno. de com-
muni Apostolorum.

DIE XII. NOVEMBRIS,

IN ELEVATIONE CORPORIS

sancti Raymundi Confessoris, Eccle-
siæ sancti Saturnini Canonici.

Totum Officium ut in communi Confessoris
non Pontificis præter ea, quæ hic propria
notantur.

ORATIO.

O Mnipotens semp-
terne Deus , qui
nos pia devotione bea-
ti Raymundi Confesso-
ris tui annuæ Reliquia-
rum elevationis me-
moriām præsenti die
celebrare concedis, tri-
bue quæsumus, ut cum
eo ad cœlestis vitæ gau-
dia elevari mereamur.
Per Dominum, &c.

Ad Matutinum in
Hymno , Iste confessor,
dicitur , Hodie latus ,
meruit supremos lau-
dis honores.

In primo Nocturno
Lectiones de scriptura
ocurrente.

In secundo Nocturno
Lectio IV.

Pretiosa in conspe-
ctu Domini mors
Sanctorū ejus; verè ete-
nim pretiosa fuit Divi
Raymundi mors, quem
Deus de corruptionis
hujus vitæ stercore ad
gloriæ thronum eleva-
vavit , & ejus ossa ul-
tra quingentos , & tres
supra quinquaginta an-
nos in sepulchro mi-
nus honesto jacere non
est passus ; sed ad suam

In Elevatione Corporis S. Raym.
gloriam manifestan- lesimo , sexcentesimo ,
dam servum suum quinquagesimo sexto ,
apud concives suos die trigesima mensis Ja-
Tolosates , multa ad nuarii , cum omni hu-
ejus instantiam patran- militate , ac devotione
do miracula , efficere in Sacello sui Collegii
voluit gloriosum. Præ votum emisere Tolosa-
sertim cum anno mil- ni proceres , & ad Illus-
lesimo sexcentesimo , trissimos , ac Reveren-
quinquagesimo secun- dissimos Dominos Ar-
do , Tolosanæ Civitatis chiepiscopum Tolosa-
pestilentiae flagello ferè num & sancti Saturni-
omnino depopulatæ ci- ni Abbatem accesser-
ves cum lachrimis & runt rogantes supplici-
gemitibus multis clau- ter , ut publici , de ele-
maverunt ad Domini- vandis sacris Reliquiis ,
num , & ad preces con- & in nobiliori loco re-
civis sui Raymundi re- ponendis voti solvendi
currentes de elevandis causa , sacrum sancti
sacris suis Reliquiis , & Raymundi sepulchrum
in nobiliori loco repro- aperiretur , ejusque sa-
nendis voto astringere crum Corpus verifica-
se decreverunt , & statim , quod mirum est , retur ; quod illis liben-
iram suam avertit Do- ter fuit concessum , &
minus , cessavit quemor- jussu prædicti Domini
bus. Tu autem Dñe , &c. Archiepiscopi , ipso &
aliis prænominatis as-
tantibus apertum se-
pulchrum & ossa vene-
randa adeò perfecta , &

Lectio V.

POstmodum verò scilicet anno mil-

integra reperta , ut nè nis solemnitas , cuius minimum quidem defuerit , & in illis adimpletum est dictum Prophetæ. Custodit Dominus omnia ossa eorum unum ex his non conteneretur. Tu autem Domine , &c.

Lectio VI.

DEINDE in Ecclesiam sancti Saturnini translatæ sacræ Reliquiæ , & ibi per octo dies expositæ , maximo fidelium concursu , summis devotione , & cultu honoratæ sunt : tandem die duodecima mensis Novembris anni prædicti millesimi sexcentesimi quinquagesimi sexti , in præfata sancti Saturnini Basiliæ , cum omni pompa & apparatu magnifico celebrata est sacrarum Reliquiarum elevatio

hodie memoria celebra- branda recurrit , qua peracta in thecis argenteis mira arte elaboratis , & civium Tolosanorum Voto affixis sacræ sunt conditæ Reliquiæ. Postremò ad annuendum voluntati dicti sancti Raymundi , qui ditandis pauperibus pauper & ipse factus est: & cum pauperibus , voluit inhumari die septima Januarii anni proximè sequentis in pristinam sui Collegii Capellam sacræ Reliquiæ reportatæ ibi aservantur , & cum magna fidelium veneratione coluntur & visuntur. Tu autem Domine , &c.

*In tertio Nocturno
Homilia in Evangelium.
Nolite timere pusillus
grex , de communi Con-
fessoris non Pontificis.*

In secundis Vesperis tur in posterum sub ritu
a Capitulo de elevatione duplii majore.

Sanctorum Eadmundi,
Claudii, &c. Martyrum, cum commemora-
tione praecedentis.

Officium dicti sancti
Rayundi quod die ter-
tia Iulii huc usque cele-
brabatur sub ritu dupli-
ci per annum celebrabi-


Et Officium sancti
Saturnini quod per Oc-
tavam huc usque dice-
batur de communione
Martyris dicetur dein-
ceps per totam Octavam
ut in die festi quando
fiet de Octava.



NONA LECTIO

Sanctorum quatuor Coronatorum.

SEverus , Severianus , Corpophorus & Victorinus , Fratres , in persecutione Diocletiani , Deorum cultum liberè detestantes , plumbatis cæsi , in verberibus vitam pro Christi Nominе profuderunt ; quorum Corpora canibus objecta , cùm ab illis intacta diu fuissent , sublata à Christianis , viâ Lavicanâ , tertio ab Urbe lapide , in arena-ria sepeliuntur . Extat in Urbe Ecclesia sub nomine *Sanctorum quatuor Coronatorum* , quorum diu ignota nomina , divinitus posteà patefacta sunt , & eorum Festivitas sexto idus Novembris celebratur . Tu autem , &c.



IN FESTO

Sanctorum Claudii , Nicostrati , &c.

Lectio IV.

Claudius , Nicostratus , Simphorianus , Castorius & Simplicius , sub Imperatore Diocletiano passi fuerunt ; quod cum essent summi Sculptrores , nullo modo adduci potuerunt ut Idolorum Statuas facerent ; & ad Solis simulachrum ducti ut illud venerarentur , nunquam commissuros se dixerunt ut adorarent opera manuum Homi-

num. Quam ob rem in carcerem conjecti , cum ibi multos dies in eodem proposito perstitissent , primum scorpionib⁹cæsi , deinde vivi plumbeis loculis inclusi , in flumen dejiciuntur. Quorum quinque Martyrum Corpora honorificè sepulta sunt in Ecclesia quatuor Coronatorum , & eorum Festivitas sexto idus Novembris celebratur. Tu autem , &c.



